11. Anastasio vita functo, quamvis multi generis claritate imperio digni reperirentur, caeteris repulsam passis, Iustinus succedit. Ad quem Cabades, quo filio natu minimo Chosroae regnum tuto relinqueret, literas dedit, adoptari ab ipso Chosroen postulans. Iustinus postulantis votum lubenter accepit, ut et Iustinianus sororis eius filius, qui regni haeres sperabatur. Sed Procli Quaestoris consiliis sententiam mutarunt, neque a Iustino Chosroes est adoptatus. Legibus enim filios bonorum patris successores suosque haeredes existere aiebat. Hinc pro Chosroe et pace a Persis Seoses, qui Cabadem pridem servarat, et Beodes; a Romanis vero Rufinus et Hypatius legati missi. Et Beodes quidem Seosem apud Persas calumniatus, vita privandum curavit. Rufinus vero Hypatium apud Imperatorem insimulando, magistratu deiecit.

12. Quod inter Bosporum et Chersonem dierum viginti interiacet spatium, Hunni incolunt: qui suis olim legibus degentes, in Iustini nuper

ἐσχάτη τῆς Ῥωμαϊκῆς ὑπῆρχε γῆς. προσεχώρησαν δὲ καὶ Ἴβη- B
ρες Ἰουστίνῳ ἅμα Γουργένῃ τῷ σφῶν ἡγεμόνι ὑπὸ Περσῶν τα-
λαιπωρούμενοι· καὶ ὑπὲρ αὐτῶν Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις ἠρέθη
πόλεμος. Ὅτι ἔτι ζῶν Ἰουστῖνος Ἰουστινιανὸν κοινωνὸν τῆς βα-
σιλείας ἐποιήσατο, τελευτήσαντος δὲ τοῦ θείου ἐς μόνον Ἰουστι-
νιανὸν τὰ τῆς ἀρχῆς περιελήλυθε. Βελισάριος δὲ καὶ Σίττας δο-
ρυφόρω ἤστην Ἰουστινιανοῦ ἔτι στρατηγοῦντος. ὑπὸ δὲ Ἰουστί-
νου τῶν ἐν Δάρας καταλόγων Βελισάριος ἄρχων κατέστη, ὅτε
καὶ Προκόπιος ὁ συγγραφεὺς σύμβουλος αὐτῷ ἠρέθη.

ιγʹ. Μοναρχήσαντος δὲ Ἰουστινιανοῦ Βελισάριος τῆς ἕω
στρατηγὸς καταστὰς ἐπὶ Πέρσας στρατεύειν ἐτέτακτο. Καβάδης C
δὲ Περόζην ἄνδρα Πέρσην, Μιρράνην δὲ τὸ ἀξίωμα, τοῦ οἰ-
κείου στρατοῦ ἡγεμόνα κατεστήσατο. καὶ ἄμφω τὰ στρατεύματα
περὶ Δάρας ἐστρατοπεδεύσαντο. καὶ Περόζης Βελισαρίῳ ἐδήλου
ἐν παρασκευῇ τὸ ἐν πόλει βαλανεῖον ἔχειν· βούλεσθαι γὰρ αὐτὸν
λούσασθαι τῇ ὑστεραίᾳ. διὸ δὴ Ῥωμαῖοι τὰ ἐς τὴν συμβολὴν
κρατερῶς ἐξηρτύοντο. παρατάξεως δὲ γενομένης ἑκατέρου στρα-
τεύματος Ἀνδρέας τις Βυζάντιος παιδοτρίβης καὶ παλαίστρας ἐν
Βυζαντίῳ προεστηκώς, ὃς δὴ καὶ ἐν τοῖς τοῦ Βούζου τοῦ συστρα-
τηγοῦντος Βελισαρίῳ οἰκείοις ἐτύγχανεν, ἅτε τοῦ Βούζου σώματος
ἐν βαλανείῳ ἐπιμελούμενος, οὗτος προκλήσεως ἐς μονομαχίαν γε- D

2. γουργένῃ Bess. Γουργογένει P. 3. ἠρέθη] ἠρέθη Bess. ἤρθη Bekkerus. 6. Βελισάριος] Βελισσάριος P hic et paullo post. ibid. σίττας Bess. Σίτας P. 8. δάρας Bess. hic et infra. Δαρᾶς P. 12. μιρράνην Bess. Μηράνην P. 16. ὑστεραίᾳ ἔφη P. ἔφη om. Bess.

potestatem venerunt: ut iam Cherson Romani terminus imperii esset. Accesserunt et Iberi Iustino Imp. una cum Gurgene eorum duce, a Persis male tractati. Qua de causa Romanos inter et Persas bellum exarsit. Vivens etiamnum Iustinus in societatem imperii adscivit Iustinianum, qui mortuo avunculo solus imperio potitus est. Belisarius et Sittas praetoriani milites fuerunt quo tempore Iustinianus copias ducebat. A Iustino vero militibus in Daras praefectus Belisarius datus est; cum et Procopius hic scriptor a consiliis illi additus.

13. Imperante post solo Iustiniano, Dux Orientis creatus Belisarius in Persas movere iussus est. Cabades Perozen genere Persam, dignitate Meranem, exercitui suo praefecit. Cum autem uterque exercitum circa Daras haberet, Belisario Perozes denuntiavit paratum sibi in urbe balneum haberet: lavare enim postero die velle. Quamobrem Romani ad pugnam fortiter se compararunt. In acie dein utriusque exercitu constituto, Andreas quidam Byzantius, gymnasticis exercitationibus atque palaestrae Byzantii praefectus, qui et Buzae, militum cum Belisario tribuno, domesticus haerebat, Buzae corpus in balneo curare solitus; cum

γενημένης λαθὼν ἅπαντας δεύτερον μονομαχήσας ἐνίκησε, καὶ ἀρξαμένου τοῦ πολέμου διελύθησαν.

ιδʹ. Ὕστερον δὲ πάλιν συστάντος αὐτοῖς πολέμου πολλῷ καθυπέρτεροι Ῥωμαῖοι ἐγένοντο καὶ Περσῶν πολὺς ἐρρύη φόνος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ οὐκ ἔτι ἤθελον ἐκ τοῦ εὐθέος μάχην διενεγκεῖν ἐς Ῥωμαίους· ἔφοδοι δὲ ἐξ ἐπιδρομῆς ἀμφοτέροις ἐγίνοντο.

ιεʹ. Ὅτι Καβάδης ἄλλο στράτευμα ἐς Ἀρμενίαν τὴν Ῥωμαίοις κατήκοον ἔπεμψεν, ὃ δὴ στράτευμα Περσαρμενίων καὶ Σαυνιτῶν καὶ Σαβίρων ἦν· τούτῳ τῷ στρατῷ Μερμερόης ἡγεῖτο.
P 85 *Δωρόθεος δὲ ὁ Ἀρμενίας στρατηγὸς καὶ Σίττας, ὃς παντὸς ἐφειστήκει τοῦδε τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος, συμβαλόντες τοῖς πολεμίοις ὀλίγοι πολὺ πλειόνων ἐκράτησαν· ἐξ οὗ δὴ καὶ ἐπ' οἴκου οἱ τῇδε Πέρσαι ἀνεχώρησαν. τότε καὶ ἄλλα μὲν Περσικὰ χωρία Ῥωμαῖοι κατέσχον, κατέσχον δὲ καὶ τὸ Φαράγγιον καλούμενον, ὅθεν δὴ καὶ τὸν χρυσὸν Πέρσαι ὀρύσσοντες βασιλεῖ φέροισι. καὶ Τζάνοι δὲ οἱ πάλαι Σάνοι καλούμενοι αὐτόνομοι ὄντες καὶ ληστρικώτερον τοὺς πλησιοχώρους κατατρέχοντες, ὑπὸ Σίττα καταστρατηγηθέντες εἰς τὸ ἡμέτερόν τε μεταβληθέντες Χριστιανοὶ γεγόνασι καὶ κατήκοοι Ῥωμαίοις ὡς καὶ ἐς λόγους στρατοῦ Ῥωμαϊκοῦ κατατάττεσθαι.*

6. *ἐς ῥωμαίους* Bess. *Ῥωμαίοις* P. 9. *σαβίρων* Bess. *Σαβήρων* P. 10. *Σίττας*] *Σίτας* P. 13. *οἱ τῇδε* Bess. *οἱ* om. P. 16. *σάνοι* Bess. *Σαῦνοι* P. Conf. p. 77, 13. 17. *τοὺς πλησιοχώρους* Bess. *τοῖς πλησιοχώροις* P.

ad singulare certamen provocatum esset, ignotus omnibus, bis depugnando victor evasit: coeptumque praelium finierunt.

14. Post iterum commisso inter eos praelio, Romani longe superiores evaserunt, cum ingenti Persarum clade. Quo factum est ut cum Romanis exinde iusto praelio dimicare detrectarint: incursiones tamen utrinque factae.

15. Cabades alterum in Armeniam Romanis subditam exercitum misit, qui ex Persarmenis, et Saunitis, et Saberis coustabat. His Mermeroes copiis praefectus. Dorotheus vero Armeniae Dux, et Sittas, qui et toti huic Romano exercitui praefuit, manu cum hoste conserta, pauci maiores longe copias superarunt: unde et domum Persae fugerunt. Hac occasione Romani cum alia Persicae regionis occuparunt loca, tum Pharangium, quod vocant, ceperunt, unde aurum Persae effodientes Regi pendunt. Zani vero, *Sauni* antiquitus appellati, liberi et latronum ritu vicina populantes loca, Sitta duce victi, in ius nostrum ditionemque concedentes, Christiani facti sunt, et Romanis parent; ut etiam in horum castris una permisti militarint.

ιζ'. Ὅτι Καβάδης ἄμφω τῶν στρατευμάτων αὐτοῦ ἡττη- B
θέντων ἐν ἀπορίᾳ ἦν, Ἀλαμούνδαρος δὲ ὁ τῶν παρὰ Πέρσαις
Σαρακηνῶν βασιλεὺς, ἀνὴρ ὢν δεινὸς τὰ πολέμια καὶ δραστή-
ριος, ὃς ἐς γόνυ τὰ Ῥωμαίων ἔκλινε πράγματα ἔτεσι πεντήκοντα,
οὗτος ὑπέθετο Καβάδῃ ἐς Ἀντιόχειαν τότε ἀφύλακτον οὖσαν καὶ
τὰ ταύτῃ χωρία ἐσβαλεῖν.

ιη'. Γνοὺς δὲ Βελισάριος κατὰ τάχος ὑπηντίαζε, στρά-
τευμα Ἰσαύρων καὶ Ἀρέθαν τὸν τῶν παρὰ Ῥωμαίοις Σαρακηνῶν V 280
βασιλέα ἅμα τοῦ οἰκείου συνεπαγόμενος λαοῦ. Ἀλαμούνδαρος C
δὲ καὶ Ἀζαρέθης ὀρρωδήσας ἐπ' οἴκου ἀπεχώρει· καὶ Βελισάριος
εἵπετο, οὔτι ἐς χεῖρας ἐλθεῖν προαιρούμενος, τὴν δίωξιν δὲ σχη-
ματιζόμενος. ἀλλὰ τό γε πλῆθος ἐλοιδορεῖτο αὐτῷ, πρῶτον μὲν
οὐκ εἰς τὸ ἐμφανὲς, ἐπεὶ δὲ ἐμφανῶς ἐκάκιζον, ἄκων συγκροτεῖ
τὸν πόλεμον. καὶ τὰ μὲν πρῶτα πιπτόντων ἑκατέρωθεν ἀγχώ-
μαλος ἡ μάχη ἐγένετο, ἔπειτα δὲ τραπέντος τοῦ περὶ Ἀρέθαν λαοῦ
καὶ τῶν Ἰσαύρων κατὰ κράτος ἐνίκων Πέρσαι. καὶ εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ
ἵππου καταβὰς Βελισάριος τοῖς καταλελειμμένοις συνετάττετο καὶ D
ἠμύνετο, ἅπαντες ἂν διεφθάρησαν. Ἀζαρέθης μέντοι ὁ Περ-
σῶν στρατηγὸς ὑποστρέψας πρὸς Καβάδην οὐκ ἀπώνατο τῆς
νίκης· πολλοὺς γὰρ ἦν καὶ αὐτὸς ἀποβαλὼν ἐν τῇ μάχῃ, εἰ καὶ

4. ὃς add. Bess. 6. ταύτῃ Bekkerus ex apographo Stephani. ταύτης P. 7. Βελισάριος] Βελισσάριος P hic et paullo post. 9. τοῦ οἰκείου — λαοῦ Bess. τῷ οἰκείῳ — λαῷ P. 11. οὔτι Bess. οὔτε P. 13. ἐμφανῶς Bess. φανερῶς P. 16. κατὰ κράτος ἐνίκων Πέρσαι Bess. ἐνίκων Πέρσαι κατακράτος P. 19. πρὸς Bess. εἰς P.

17. Cabades amisso utroque exercitu, animi pendebat. Sed Alamundarus Persicorum Saracenorum Rex, vir bello acer ac strenuus, res Romanorum valde infregit annis quinquaginta. Hic Cabadi suggessit Antiochiam praesidio nudatam finitimaque invaderet.

18. Belisarius, re cognita, quam maturrime occurrit, eductis Isaurorum copiis, et Aretha Romanarum partium Saracenorum Rege, qui suam ipse gentem ductabat. Alamundarus vero et Azarethes metu perculsus retro domum se recepit. Et Belisarius pone sequebatur, non tam cum hoste manus conserere cupidus, quam ut eum insequi se fingeret. Donec multis vulgi convitiis primum quidem clam, deinde etiam palam lacessitus, invitus ad pugnam descendit. Cadentibus initio multis utrinque ac caesis, anceps diu pugna fuit. Versis dehinc in fugam Arethae copiis atque Isauris, a Persis summa virtute pugnantibus victoria stetit: ut nisi ex equo ad pedes Belisarius desiliisset, ac reliquis sese adiungendo auxilium attulisset, debellatum eo die esset, caesique ad unum omnes internecione fuissent. Attamen Azarethes Persarum dux domum ad Cabadem reversus, victoriae fructum non tulit. Suorum enim multos

πολὺ πλείους τῶν ἀντιπάλων διεφθάρησαν· διὸ ἐν τοῖς ἀτίμοις ἐτέλει.

κα'. Ὅτι Βελισάριον ὁ βασιλεὺς εἰς Βυζάντιον μετακαλεσάμενος, ἐφ' ᾧ ἐπὶ Βανδίλους στρατεύσειε, Σίτταν φυλάξοντα
P 86 τὴν ἑῴαν ἀπέστειλεν, ἐν ᾧ καὶ Πέρσαι κατὰ Ῥωμαίων ἐσβάλλουσι. καὶ Καβάδου τελευτήσαντος ὁ παῖς Χοσρόης τὴν βασιλείαν ἐκδέχεται.

κβ'. Ῥουφῖνος δὲ καὶ Ἀλέξανδρος καὶ Θωμᾶς σὺν Ἑρμογένει παρὰ Χοσρόην παραγίνονται ἐπὶ πρεσβείαν· οἷς τὴν εἰρήνην ἀπέραντον ἔφησε θέσθαι, δέκα καὶ ἑκατὸν κεντηναρίοις. ἀλλὰ τότε μὲν ἄπρακτοι διελύθησαν, ὕστερον δὲ τὴν ἀπέραντον εἰρήνην ἐσπείσαντο, ἕκτον ἤδη ἔτος τὴν βασιλείαν Ἰουστινιανοῦ ἔχοντος. καὶ Ῥωμαῖοι μὲν τά τε χρήματα καὶ τὸ Φαράγγιον καὶ Βῶλον τὸ φρούριον Πέρσαις παρέδοσαν, Πέρσαι δὲ Ῥωμαίοις τά τε Λαζικῆς ὅρια καὶ Δάγαριν, ἄνδρα ἀγαθὸν τὰ πολέμια, ἀντ' αὐτοῦ ἕτερον κεκομισμένοι οὐκ ἀφανῆ ἄνδρα.

B κγ'. Εὐθὺς μέντοι ἑκατέρῳ βασιλεῖ ἐπιβουλὴν ξυνηνέχθη γενέσθαι πρὸς τῶν ὑπηκόων. καὶ Χοσρόην μὲν ἅτε θορυβώδη καὶ ἄτακτον ὁ Περσῶν μισήσας λεὼς, Καβάδην τὸν Ζάμου τοῦ ἀδελφοῦ παῖδα βασιλέα σφίσιν ἐβουλεύσαντο στήσασθαι. ἀλλὰ

4. βανδίλους Bess. Βανδάλους P. *ibid.* Σίτταν] Σίταν P. 15. δάγαριν Bess. Δαγάρην P. 16. δὲ καὶ ἕτερον P. δὲ καὶ om. Bess. 19. λεὼς Bess. λαὸς P.

in praelio amiserat; licet adversariorum plures cecidissent. Quamobrem inhonoratis adnumeratus est.

21. Evocat Constantinopolim Iustinianus Imp. Belisarium, ut inde in Vandalos expeditionem suscipiat; Orientique custodem Sittam imposuit. Hisce temporibus et Persae cum Romanis concurrerunt, et Cabade mortuo, filius Chosroes regni habenas suscepit.

22. Missi ergo ad eum legati Rufinus, Alexander, Thomas et Hermogenes, quibus pacem velle se facere dixit perpetuam, si modo darent centenaria centum ac decem. Verum re tum infecta discesserunt: nec nisi postea constituta pactaque pax illa perpetua, imperante sextum iam annum Iustiniano. Per eam Romani pecunias, Pharangium, et Bolum arcem Persis reddiderunt: et hi vicissim Romanis Lazorum in finibus oppida, et Dagarem virum bello strenuum, recepto pro eo et altero non ignobili viro, remiserunt.

23. Mox utrique Imperatori structae insidiae a subditis. Chosroen quidem ut turbulenti intemperantisque ingenii virum Persae invisum cum haberent, Cabaden, Zamae fratris eius filium, Regem sibi facere con-

γνοὺς ὁ Χοσρόης Ζάμην τε τὸν ἀδελφὸν καὶ τοὺς ἄλλους ἀδελφοὺς ἅμα τῶν μετασχόντων τῆς βουλῆς ἀνελὼν τὴν στάσιν ἔπαυσε. Καβάδης δὲ ὁ Ζάμου, κομιδῇ νέος ὤν, προνοίᾳ Χαναράγγου τοῦ Ἀδεργουδουνβάδου διέφυγε τὸν θάνατον. καὶ ὁ Χαναράγγης ὕστερον διὰ τοῦτο ὑπὸ Χοσρόου ἀνῄρηται.

κδʹ. Ἰουστινιανῷ δὲ ὁ δῆμος ἐπιβουλεύων Ὑπάτιον ἄκοντα, τὸν Ἀναστασίου τοῦ βεβασιλευκότος ἀδελφιδοῦν, βασιλέα σφῶν ἀνηγόρευσαν, ἀρξάμενοι τῆς ἐπιβουλῆς καὶ τῆς στάσεως C ἀπὸ τῆς ἐν τοῖς ἱπποδρομίοις ἔριδος. βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς Βελισαρίῳ τε καὶ Μούνδῳ τοῖς στρατηγοῖς χρώμενος, τόν τε Ὑπάτιον καθεῖλε καὶ πολλοὺς τῶν στασιωτῶν ἀνεῖλεν, ἄχρι καὶ ἐς τρεῖς μυριάδας τοῦ ἀναιρεθέντος λαοῦ συντελοῦντος. συνέπραττον δὲ τῷ βασιλεῖ Βοραΐδης καὶ Ἰοῦστος, οἱ αὐτοῦ ἀνεψιοί.

κεʹ. Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ λόγῳ περὶ Τριβωνιανοῦ τοῦ ἐκ Παμφυλίας ἕλκοντος τὸ γένος διέξεισιν, ὃς τὴν τοῦ κοιαίστωρος διεῖπεν ἀρχήν, περί τε τῆς φιλοχρηματίας καὶ τῆς ἄλλης αἱμυλίας. καὶ περὶ Ἰωάννου τοῦ ἐπάρχου τοῦ ἐκ Καππαδοκῶν τῆς τε πανουργίας καὶ ἀπληστίας καὶ μέθης καὶ τῆς ἄλλης κακότητος· ὅπως τε Ἀντωνίνα ἡ τοῦ Βελισαρίου γυνὴ δι' Εὐφημίας τῆς αὐ- D τοῦ θυγατρὸς φρεναπατήσασα Ἰωάννην ἐπίβουλον ἔδειξε βασι-

2. τῶν μετασχόντων Bess. τοῖς μετασχοῦσι P. 3. Ζάμου] ζαμοῦ Bess. 4. Ἀδεργουδουνβάδου] ἀδέργου δουβάνδου Bess. Ἀδεργουδουνάντου P. 5. ὕστερον διὰ τοῦτο Bess. διὰ τοῦτο ὕστερον P. 6. Ἰουστινιανῷ] ἰουστινιανὸν Bess. 10. Βελισαρίῳ] Βελισσαρίῳ P et infra Βελισσαρίου. 15. τοῦ κοιαίστωρος] κυαίστορος Bess. omisso τοῦ.

stituunt. Quo cognito Chosroes Zamen fratrem reliquosque germanos et coniurationis socios necat. Sic tranquillata res est, quiesque data. Cabades tamen filius admodum adolescens prudentia Chanarangi Adergudunbadi caedem effugit: quo nomine hic postea a Chosroe est interfectus.

24. Iustiniano quoque Imp. plebs insidias comparavit, creato Imperatore (tametsi repugnaret) Hypatio Anastasii eius, qui imperarat, patruele: nata seditione ortoque tumultu e contentione ludorum Circensium. Caesar itaque Iustinianus Belisario et Mundo Ducibus usus, Hypatium occidit, multosque coniurationis huius socios sustulit: plane ut civium tunc ad triginta millia occubuerint. Imperatori suppetias afferebant Boraides et Iustus, Iustiniani fratris filii.

25. In eo ipso libro narrat de Triboniano: qui e Pamphylia genus duxit, et Quaestoris munus obiit, deque avaritia eiusdem ac blandiloquentia. De Ioanne item Cappadoce Praefecto Praetorio, deque eius vafricia, inexplebili cupiditate, ebrietate, aliisque vitiis. Ut Antonina Belisarii coniux per Euphemiam filiam eius callide Ioannem circumvene-

λέως, ὅπως τε ὕστερον Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου Κυζίκου ἐξ ἐπιβουλῆς ἀναιρεθέντος, συνεργὸς ὑπονοηθεὶς τοῦ μιάσματος, ᾐκίσθη τὸ σῶμα καὶ ἀκλεῶς ἐξορίᾳ πικρᾷ καὶ τελευταίᾳ παρεδόθη.

3. ἀκλεῶς Bess. ἀνηλεῶς P.

rit, et insidias struere patefecerit. Utque demum Eusebio Cyzici Episcopo ex insidiis occiso, impii sceleris consors habitus, corpore quaestionibus cruciato, inclementer tandem ac severe proscriptus sit.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ P 87 V 281 H 86

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΗΣ Α΄ ΤΕΤΡΑΔΟΣ Η Β΄.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ — Β΄.] Προκοπίου Καισαρέως ἱστοριῶν ἡ δευτέρα A. ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΤΕΤΡΑΔΟΣ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛ. Β΄. P.

PROCOPII CAESARIENSIS

HISTORIARUM TETRADIS I.

LIBER II.

ARGUMENTUM.

EX EDITIONE MALTRETI.

Alamundarus impulsu Chosrois dat belli causam, mota in Aretham lite de Strata. Regionis situs et infelicitas. Quid pro se pars utraque diceret. Strategii et Summi sententiae. De Iustiniano queritur Chosroes. (Cap. 1.) *Vittigis Gotthorum rex ad Chosroem legatos mittit. Eorum oratio. Maxima belli causa invidia.* (2.) *Res Armeniae. Symeonis caedes. Amazaspem de sententia Iustiniani occidit Acacius et Armeniam obtinet. Huius mores et mors. Sittae, viri bello egregii, interitus. Buzis in Ioannem Arsacidem perfidia. Bassaces aliique Arsacidae Chosroem adeunt. Eorum oratio. Bellum Persae in Romanos decernunt.* (3.) *Cometes oritur. Hunni erumpunt et foede Europam populantur. Iustinianus Chosroem a bello per literas dehortatur.* (4.) *Quandonam et qua ingressus Chosroes in fines Rom. Circesium castellum prae metu, urbem Zenobiam per contemptum renuit oppugnare. Ad urbem Sura capit omen ex equo. Surenorum Episcopum fallit. Urbe dolo potitus, eam exscindit. Euphemiam captivam ducit uxorem. Agit cum Sergiopolitano Episcopo de captivorum redemptione.* (5.) *Militare Magisterium Orientis bifariam divisum. Buzis oratio ad Hieropolitanos. Germanus a patruo suo Iustiniano mittitur Antiochiam. Eius consilium. Megan Beroeensem Episcopum ad Chosroem Antiocheni legant. Chosroes pecuniam imperat Hieropolitanis, et accipit.* (6.) *Beroeae situs. Paciscuntur cives. Urbs capitur, excepta arce, ac pene tota incenditur. Megas Antiochiam reversus nihil proficit. Ephraemius Patriarcha et Germanus in Ciliciam concedunt. Redit Beroeam Megas, ex-*

postulatque cum Chosroe. Utriusque orationes. (7.) *Petit Chosroes Antiochiam, et obsidet. Antiochenae plebis insolentia. Muros oppugnat Chosroes. Obsessorum imprudentia. Ducum ac militum fuga cum strage civium. Persae muros ascendunt, seque in mediam urbem inferunt. Antiocheni adolescentes strenui. Accit Legatos Chosroes. Oratio Zaberganis. Civium strages. Amor pudicitiae.* (8.) *Oratio Chosrois ad legatos Rom. Eiusdem ingenium et mores. Auctoris iudicium de Fortuna. Urbis direptio et incendium.* (9.) *Antiochena calamitas ostento praenuntiata. Auctoris sententia de divino consilio. Templum suburbanum D. Iuliani non incenditur legatorum gratia. Eorum oratio ad Chosroem: huius querelae. Altercatio. Pacis compositio Romanis ignominiosa.* (10.) *Chosroes Seleuciam divertit: in mari lavat: Soli sacrificat. Cogitat Apameam. Daphnen suburbium visit: lucum ac fontes miratur: Nymphis sacrificat. Templum Michaelis Archangeli incenditur. Segmentum Crucis Christi Apameae servatur. Miraculum. Thomas Antistes prodit obviam Chosroi. Huius perfidia. Favet in Circo Prasinis, quia Iustinianus Venetis favebat. Persam stupratorem morte afficit.* (11.) *Chosroes pecuniam imperat Chalcidensibus. Euphratem traiicit. De obsidenda Edessa cogitat. Augarus Toparcha olim Augusto Imp. carissimus. Mira narratio. Soli natalis amor ingens. Egregia Circensium definitio. Elogium Iesu Dei filii. Eius epistola ad Augarum in portis Edessae exscripta. Inane Chosrois adversus urbem illam consilium.* (12.) *Iustinianus ad Chosroem scribit et ratas habet pacis conditiones. Edessenorum mira benignitas in captivos Antiochenos. Carrheni cur accepti Chosroi. Constantinam sibi vindicat Chosroes. Cabadi dextera monstranti Edessam dicunt Magi felix urbi omen ab ipso datum. Baradotus Episcopus sanctus Cabadem placat. Chosroes Daram frustra obsidet.* (13.) *Chosroantiochiam captivis Antiochenis Chosroes condit. Urbis illius iura. Anastasii principatu lucus Daphnes vento erutus. Sub Iustino horrendus terrae motus Antiochiae. Revocatus ex Italia Belisarius bello Persico praeficitur. Eum sequuntur Gotthi. Byzantii subsistit Vittigis.* (14.) *Origo belli Lazici. Lazorum Reges insignia ab Imperatore Rom. accipere soliti. Petrus Dux avarissimus. Ioannes Tzibus monopolium Petrae instituit. Legatorum Lazorum ad Chosroem oratio. Chosroes cum ipsis deliberat.* (15.) *Mittit Belisarius exploratores in Persidem. Darae deliberat cum Ducibus Romanis. Saracenorum idololatrarum mos.* (16.) *Chosroes in Lazicam pervenit, et a Gubaze Lazorum Rege adoratur. Ad urbem Petram male habiti Persae. Petrae situs. Ea potitur Chosroes.* (17.) *Belisarius Nisibin petit. Eius ad Duces Romanos oratio. Persae Nabede duce in Romanos erumpunt. Confligitur.* (18.) *Belisarius Sisauranum castellum obsidet. Duces Romanos alloquitur. Aretham in Assyriam incurrere iubet. Castellum capit. Persas dedititios mittit Byzantium. Fraus Arethae. Romana castra febribus vastantur. Ioannis oratio ad Belisarium. Chosrois in Persidem et Belisarii Byzantium reditus.* (19.) *Tertia Chosrois expeditio in Romanos. Eius saevitia in Candidum Sergiopolitanum Antistitem. Frustra Sergiopolin tentat. Cogitat Palaestinam, ut diripiat Hierosolyma. Belisarius veredis vectus in Orientem redit. Iustus Iustiniani a fratre nepos eum invitat Hierapolin. Belisarius Duces Hierapoli morantes elicit ad oppidum Europum.* (20.) *Abandanem Chosroes ad Belisarium legat. Belisarii cautio et apparatus. Adolius Silentiarius. Legatum Belisarius excipit. Abandanes reditum suadet Chosroi. Huius sollicitudo. Euphratem traiicit. Cum Belisario per internuntios agit. Elogium Belisarii. Chosroes Callinicum capit. Armenii in fidem Rom. redeunt. Belisarius Byzantium revocatur, in Italiam profecturus.* (21.) *Pestilentia gravissima. Eius causa, Deus. Orta in Aegypto ubique grassatur. Spectra Daemonum multis oblata. Ab illis percussos pestis corripiebat. Quam varie invase-*

rit homines. Affectus eius diversissimi. (22.) *Quam saeve grassata pestis Byzantii. Pia providentia Iustiniani Imp. ac Theodori Referendarii. Urbis facies miserabilis.* (23.) *Ardabiganis Pyreum clarissimum. Ignis a Persis cultus, idem cum Vesta. Constantianus et Sergius legati Rom. ad Chosroem. Eudubius Episcopus Persarmeniae. Valerianum Magistrum mil. in Armenia adit. Iubet Iustinianus irruptionem fieri in Persarmeniam. Cogitur Rom. exercitus, in quo Martinus Mag. mil. per Orientem, aliique Duces.* (24.) *Dubios Persarmeniae regio. Catholicus. Anglonem Nabedes munit. Romanorum imprudentia. Male hostem invadunt. Turpiter vincuntur. Erulorum mos. Romanorum fuga.* (25.) *Quarta Chosrois expeditio non tam in Romanos, quam in Deum Christianorum. Edessam obsidet. Primus conflictus bene Romanis cedit. Edessenis pecuniam Chosroes imperat. Aggerem extruit. Romanorum eruptio. Ciliciis protecti qui Aggestam moliuntur. Stephanus medicus ad Chosroem legatus. Irrita de pace colloquia.* (26.) *Edessenorum cuniculus ad hostilem aggerem, qui tandem igni corrumpitur. Semel atque iterum a muro repulsi Persae. Frustra de pace agitur. Acerrimus conflictus. Edessenorum mirabilis fortitudo. Solvit Chosroes obsidionem.* (27.) *Iusti et Peranii obitus. Marcellus et Constantianus subrogati. Cum Chosroe de pace agitur. Fiunt induciae. Alamundarus Arethae filium bello captum Veneri immolat. De Lazica consilium Chosrois. Legatus Isdigunas urbem Daram occupare astu nititur. Byzantii a Iustiniano honorificentius accipitur quam Legati conditio postulat.* (28.) *Aedificare vult Chosroes classem in Lazica. Materies fulmine deflagrat. Gubazes Lazorum Rex petitus insidiis, fidem Iustiniani implorat. Romani Petram obsident. Regionum illarum situs, populi, et urbes. Gubazis providentia. Dagisthaei Romanorum Ducis imprudentia ad Clisuras. Petra oppugnatur.* (29.) *Mermeroes cum Persarum exercitu Petram properat. Obsessi Persae quo redacti. Mermeroes e Clisuris Romanos deturbat. Dagisthaeus solvit obsidionem. Quid Petrae actum a Mermeroe. Huius reditus. Gubazis Lazorum Regis constantia. Mermerois consilium. Persarum clades. Mortua Theodora Aug. Ioannem Cappadocem ab exilio revocat Imperator. Praedictionis ridendus exitus.* (30.)

α'. Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον ὁ Χοσρόης μαθὼν ὡς καὶ Ἰταλίαν Βελισάριος Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ προσποιεῖν ἤρξατο, οὐκέτι κατέχειν οἷός τε ἦν τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ σκήψεις ἐπινοεῖν ἤθελεν, ὅπως δὴ λόγῳ τινὶ εὐπρεπεῖ τὰς σπονδὰς λύσειεν. ὑπὲρ ὧν κοινο- P 88 λογησάμενος Ἀλαμουνδάρῳ ἐκέλευεν αὐτὸν ξυμπορίζεσθαι πολέμου αἰτίας. ὁ δὲ Ἀρέθᾳ ἐπικαλέσας ὅτι αὐτὸν περὶ γῆς ὁρίων βιάζοιτο, ἐς χεῖράς τε αὐτῷ ἐκσπόνδως ἦλθε καὶ γῆν τὴν Ῥωμαίων ἐπὶ ταύτῃ τῇ σκήψει καταθεῖν ἤρξατο. ἔφασκέ τε ὡς αὐτὸς οὐ λύει τὰς Περσῶν τε καὶ Ῥωμαίων σπονδάς, ἐπεὶ αὐτὸν ἐς ταύτας οὐδέτεροι ἐσεγράψαντο. καὶ ἦν δὲ οὕτως. οὐ γάρ τις πώποτε Σαρακηνῶν λόγος ἐν σπονδαῖς γέγονεν, ἅτε ξυνεχομένων τῷ Περσῶν τε καὶ Ῥωμαίων ὀνόματι. αὕτη δὲ ἡ χώρα, ἣ δὴ πρὸς ἑκατέρων τότε Σαρακηνῶν ἀντελέγετο, Στράτα μὲν κέκληται, Παλμύρας δὲ πόλεως πρὸς νότον ἄνεμον τέτραπται, δέν- B δρον μὲν ἢ τι τῶν ἐν τοῖς ληΐοις ἀγαθῶν οὐδαμῇ φέρουσα (ἡλιόκαυστος γὰρ ὑπερφυῶς ἐστι), προβάτων δέ τισιν ἐκ παλαιοῦ ἀνειμένη νομαῖς. Ἀρέθας μὲν οὖν Ῥωμαίων ἰσχυρίζετο εἶναι τὸν χῶρον, τῷ τε ὀνόματι τεκμηριούμενος, οὗ δὴ πρὸς πάντων ἄνωθεν ἔτυχε (Στράτα γὰρ ἡ ἐστρωμένη ὁδὸς τῇ Λατίνων καλεῖται φωνῇ) καὶ μαρτυρίαις παλαιοτάτων ἀνδρῶν χρώμενος. Ἀλα-

4. εὐπρεπεῖ] εὐτρεπεῖ H. 7. ἐκσπόνδως P et HL in marg. ἐν σπονδαῖς AHL. 12. τῷ — ὀνόματι A quod ex Reg. affert Malt. τῶν — ὀνόμασιν P. τῶν — ὀνόματα H. 15. ἡλιόκαυστος] ἡλιόκαυτος H. 19. ἔτυχε] ἔσχε L: illud Lm. „ἔσχε Reg." Malt.

1. Haud multo post certior factus Chosroes Italiam quoque a Belisario in Iustiniani Aug. ditionem coepisse redigi, non potuit ultra tenere animum: sed studium contulit ad excogitandos praetextus, ut pacem solveret aliquo honesto nomine. Qua de re cum Alamundaro collocutus, illum ad praebendas belli causas induxit. Is vero litem orsus, et questus quod ab Aretha suis finibus excluderetur, cum ipso manum conseruit, rupto foedere, eoque obtentu Romanum agrum incursare coepit; negans peccare se contra pacem Persas inter et Romanos compositam, cui a neutris ascriptus nominatim fuisset. Ita sane habebat: in foederis instrumento nulla umquam facta mentio Saracenorum: ut qui Persarum ac Romanorum nominibus includantur. Porro illa regio, de qua tunc lis inter utramque gentem Saracenicam fuit, Strata dicitur, et ab urbe Palmyra ad austrum vergit, arboribus nuda plane ac frugibus prae aestu nimio, quo torretur, et iampridem pascendis ovibus destinata. Hanc ad Romanos pertinere Arethas et coniectura nominis, quod ab antiquiori memoria apud omnes obtinuit (viam enim lapidibus munitam Latini *Stratam* appellant) et vetustissimorum virorum testimoniis affirmabat. Ex adverso

μούνδαρος δὲ φιλονεικεῖν μὲν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος ἥκιστα ἐδικαίου, μισθοὺς δέ οἱ τοῦ ἐνταῦθα νομοῦ ἐκ παλαιοῦ ἔφασκε τοὺς τὰ πρόβατα κεκτημένους διδόναι. διὸ δὴ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς Στρατηγίῳ τε πατρικίῳ ἀνδρὶ καὶ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν ἄρχοντι, ἄλλως δὲ ξυνετῷ καὶ εὐπατρίδῃ, ἔτι μέντοι καὶ Σούμμῳ C τῶν ἐν Παλαιστίνῃ στρατιωτῶν ἡγησαμένῳ, τὴν τῶν ἀντιλεγομένων ἐπέτρεψε δίαιταν. ὁ δὲ Σοῦμμος Ἰουλιανοῦ ἀδελφὸς ἦν, ὃς ὀλίγῳ ἔμπροσθεν ἐς Αἰθίοπάς τε καὶ Ὁμηρίτας ἐπρέσβευσε. καὶ αὐτοῖν ἅτερος μέν, Σοῦμμος, μὴ χρῆναι Ῥωμαίους κατα- V 282 προΐεσθαι τὴν χώραν ἠξίου, Στρατήγιος δὲ βασιλέως ἐδεῖτο μὴ χώρας τινὸς ἕνεκα βραχείας τε καὶ ὡς ἥκιστα λόγου ἀξίας, ἀλλὰ ἀγόνου τε καὶ ἀκάρπου παντάπασιν οὔσης, Πέρσαις πολεμησείουσι σκήψεις τοῦ πολέμου χαρίζεσθαι· βασιλεὺς μὲν Ἰουστινιανὸς ταῦτα ἐν βουλῇ ἐποιεῖτο, καὶ χρόνος πολὺς ταύτῃ δὴ τῇ διαίτῃ ἐτρίβη.

Χοσρόης δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς λελύσθαι πρὸς Ἰουστινια- D νοῦ τὰς σπονδὰς ἔφασκε, πολλὴν ἐπιβουλὴν ἐς οἶκον τὸν αὐτοῦ ἄρτι ἐνδειξαμένου, οἷς δὴ ἑταιρίζεσθαι Ἀλαμούνδαρον ἐν σπονδαῖς ἐνεχείρησε. Σοῦμμον γὰρ ἔναγχος ἐπὶ διαίτῃ δῆθεν τῷ λόγῳ παρ' αὐτὸν ἥκοντα, ἐπαγγελίαις αὐτὸν περιελθεῖν μεγάλων χρημάτων, ἐφ' ᾧ προσχωρήσει Ῥωμαίοις, γράμματά τε προΐσχετο, ἃ δὴ πρὸς Ἀλαμούνδαρον ἐν σπονδαῖς ὑπὲρ τούτων Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἔγραψε. καὶ πρὸς Οὔννων δέ τινας ἰσχυρίζετο αὐτὸν

1. φιλονεικεῖν] φιλονικεῖν L. 5. εὐπατρίδῃ] εὐπατρίδι P. 11. λόγου] [τοῦ] λόγου H. 14. ταύτῃ δὴ HL. δὴ om. P.

Alamundarus non contendendum de voce, sibique a pecuariis mercedes pascui regionis illius repensas olim dicebat. Quocirca Iustinianus Aug. arbitrium controversiae permisit Strategio Patricio et Imperatoriae gazae Praefecto, viro cum primis prudenti et nobili; Summo item, qui Dux fuerat Palaestinae, fraterque erat Iuliani paulo ante legatione functi apud Aethiopes et Homeritas. Atque id quidem eorum alter (Summum dico) pugnabat, regionem illam a Romanis minime deseri oportere: contra rogabat Augustum Strategius, ne prurientibus in bellum Persis praetextum ullum praeberet, agri cupiditate angusti et contemnendi, immo etiam sterilis omnino atque infelicis. Longas habuit consultationes Iustinianus, in eaque re per arbitros transigenda plurimum est temporis tritum.

Chosroes autem Persarum Rex Iustiniano obiiciebat violatam pacem recenti in domum suam nec obscura molitione, quod, dum vigeret pax, ad se Alamundarum sollicitasset per Summum, qui ipsius animum, ut ad Romanos descisceret, grandis pecuniae pollicitationibus tentasset nuper, cum illum adiisset per speciem litis arbitrario iudicio resolvendae. Literas allegabat a Iustiniano de re illa scriptas in pace ad Alamundarum; itemque alteras ad quosdam Hunnos, quibus illos hortatus esset, ut facta

ἐπιστολὴν πέμψαι, ἐγκελευομένην αὐτοῖς ἐσβαλεῖν τε ἐς τὴν Περ-
σῶν γῆν καὶ τοῖς ἐκείνῃ χωρίοις ἐπὶ πλεῖστον λυμήνασθαι. ἣν
H 47 P 89 δή οἱ τοὺς Οὔννους αὐτοὺς ἔφασκεν ἐγχειρίσαι ἐς ὄψιν ἐλθόντας.
ταῦτα μὲν Χοσρόης ἐπικαλῶν Ῥωμαίοις τὰς σπονδὰς λύειν διε-
νοεῖτο. εἰ μέντοι ταῦτα λέγοντί οἱ ἀληθίζεσθαι ξυνέβαινεν, οὐκ
ἔχω εἰπεῖν.

B β΄. Ἐν τούτῳ δὲ Οὐίττιγις, ὁ τῶν Γότθων ἡγούμενος,
ἤδη τῷ πολέμῳ κεκακωμένος, πρέσβεις δύο παρ᾽ αὐτὸν ἔπεμψεν,
ἀναπείσοντας ἐπὶ Ῥωμαίους στρατεύεσθαι, οὐ Γότθους μέντοι,
ὅπως μὴ κατάδηλοι αὐτόθεν γινόμενοι ξυγχέωσι τὰ πρασσόμενα,
ἀλλὰ Λιγούρους ἱερεῖς, χρήμασιν ἁδροῖς ἐς ταύτην ἠγμένους τὴν
πρᾶξιν. ὧν ἅτερος μὲν (ὅσπερ ἀξιώτερος ἔδοξεν εἶναι, δόκη-
σίν τε καὶ ὄνομα ἐπισκόπου περιβεβλημένος οὐδὲν αὐτῷ προσῆ-
κον) ἐς τὴν πρεσβείαν καθίστατο, ὁ δὲ δὴ ἕτερος αὐτῷ ὑπηρε-
τῶν εἵπετο. ὁδῷ τε ἰόντες ἐς τὰ ἐπὶ τῆς Θρᾴκης χωρία ἑταιρί-
ζονταί τινα ἐνθένδε Σύρας τε καὶ τῆς Ἑλληνίδος φωνῆς ἑρμηνέα
C σφίσιν ἐσόμενον, ἅπαντάς τε Ῥωμαίους λαθόντες ἐς τὰ Περσῶν
ἤθη ἀφίκοντο. ἅτε γὰρ ἐν σπονδαῖς καθεστῶτες οὐκ ἐς τὸ ἀκρι-
βὲς ταύτῃ ἐφύλασσον. Χοσρόου δὲ ἐς ὄψιν ἐλθόντες ἔλεξαν
τοιάδε „Τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας, ὦ βασιλεῦ, πρέσβεις τῶν
αὐτοῖς ἕνεκα ξυμφόρων ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ξυμβαίνει ἐς τὴν
πρεσβείαν καθίστασθαι, ἡμᾶς δὲ Οὐίττιγις ὁ Γότθων τε καὶ Ἰτα-
λιωτῶν βασιλεὺς ἔπεμψε τοὺς λόγους ὑπὲρ τῆς σῆς ποιησομένους

15. ἐς om. L. 19. δὲ] τε L.

in Persidem irruptione vastitatem late inferrent. Quam epistolam dicebat se ab Hunnis ipsis, a quibus conventus fuerat, accepisse. Ita Chosroes disturbare pacem quaerebat, ea Romanis obiiciens, quae an vere et sine mendacio diceret, asseverare non possum.

2. Interea Vittigis, cui Gotthi parebant, variis iam affectus cladibus, ad Chosroem binos, qui illi expeditionem in Romanos suaderent, legatos misit, non Gotthos natione, ne primore specie agniti rem turbarent; sed Ligures sacerdotes pecunia ad id magna inductos: quorum alter, qui spectabilior videbatur esse, seque Episcopum habitu et nomine mentiebatur, princeps erat legationis; alter ipsum tanquam minister assectabatur. Hi profecti in Thraciam, sibi quemdam ex indigenis adiunxerunt, Syriacae Graecaeque linguae futurum ipsis interpretem. Demum in Persidem pervenere, insciis Romanis omnibus; qui indiligentius, ut fit pacis tempore, oras illas custodiebant. Sic autem allocuti sunt Chosroem, ad conspectum eius admissi. *Plerumque fit, o Rex, oratores ut caeteri legationem obeant suae suorumque utilitatis gratia. At nos eo consilio Vittigis Gotthorum Italiaeque Rex misit, ut apud te regni causam agamus tui. Tu ipsum coram hic praesentem cogita hac uti voce. Si quis*

ἀρχῆς· καὶ αὐτὸν νόμιζε παρόντα σοι τανῦν φθέγγεσθαι τάδε. εἴ τίς σε, ὦ βασιλεῦ, ξυνελὼν φαίη τήν τε σὴν βασιλείαν καὶ πάντας ἀνθρώπους Ἰουστινιανῷ προΐεσθαι, ὀρθῶς ἂν εἴποι. ὁ μὲν γὰρ νεωτεροποιός τε ὢν φύσει καὶ τῶν οὐδ' ὁπωστιοῦν αὐτῷ προσηκόντων ἐρῶν, μένειν τε οὐ δυνάμενος ἐν τοῖς καθεστῶσι, γῆν μὲν ἅπασαν ξυλλαβεῖν ἐπεθύμησεν, ἑκάστην δὲ ἀρχὴν περι- D
βαλέσθαι ἐν σπουδῇ ἔσχεν. εἶτα (οὐδὲ γὰρ Πέρσας κατὰ μόνας ἐγχειρεῖν ἴσχυεν οὐδὲ Περσῶν οἱ ἀντιστατούντων οἷός τε ἦν ἐπ' ἄλλους ἰέναι) σὲ μὲν τῷ τῆς εἰρήνης παραπετάσματι ἐξαπατᾶν ἔγνω, τοὺς δὲ λοιποὺς βιαζόμενος μεγάλας δυνάμεις ἐπὶ τῇ σῇ ἀρχῇ ἑταιρίζεσθαι. Βανδίλων μὲν οὖν ἤδη καθελὼν τὴν βασιλείαν καὶ Μαυρουσίους καταστρεψάμενος, Γότθων αὐτῷ φιλίας ὀνόματι ἐκποδὼν ἱσταμένων, χρήματά τε μεγάλα καὶ σώματα πολλὰ ἐπαγόμενος ἐφ' ἡμᾶς ἥκει. ἔνδηλος δέ ἐστιν, ἢν καὶ Γότθους παντάπασιν ἐξελεῖν δύνηται, ὡς ξὺν ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἤδη δεδουλωμένοις ἐπὶ Πέρσας στρατεύσει, οὔτε τὸ τῆς φιλίας ἐννοῶν ὄνομα οὔτε τι τῶν ὀμωμοσμένων ἐρυθριῶν. ἕως οὖν ἔτι σοι λείπεται τῆς σωτηρίας ἐλπίς, μήτε ἡμᾶς ἐργάσῃ κακὸν περαι- P 90
τέρω μηδὲν μήτε αὐτὸς πάθῃς, ἀλλ' ὅρα μὲν ἐν τοῖς ἡμετέροις V 283
κακοῖς ὅσα ὀλίγῳ ὕστερον ξυμβήσεται Πέρσαις, ἐνθυμοῦ δὲ ὡς Ῥωμαῖοι τῇ σῇ βασιλείᾳ εὖνοι μὲν οὐκ ἄν ποτε εἶεν, δυνάμει δὲ κρείσσους γενόμενοι οὐδὲν μελλήσουσι τὸ ἐς Πέρσας ἔχθος ἐνδεί-

8. ἴσχυεν] „ἔσχεν Reg." MALT. ἴσχεν HmL. 16. στρατεύσει] στρατεύσειν HL. ibid. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδέ P. 17. ὀμωμοσμένων (sic) A. ὀμωσμένων P. 18. τῆς] τις L. ibid. μήτε — μήτε] μηδὲ — μηδὲ P.

omnia uno verbo complexus, te regnum pariter tuum, o Rex, ac mortales universos Iustiniani potestati permittere dixerit, nae is recte. Nam ille, ut homo est novator et alieni appetentissimus natura, qui nec sciat stare pactis et constitutis; cum Orbi terrarum universo inhiat, tum singula asserere sibi regna contendit. Itaque, quoniam nec Persas potuit seorsum aggredi, nec caeteros, repugnantibus Persis, invadere; te pacis obtentu ludificari, dumque alias gentes vi subigit, magnas adversus imperium tuum copias comparare sibi decrevit. Iam certe, postquam regnum excidit Vandalorum, ac Mauros perdomuit, Gotthis, ne ipsi se opponerent, amicitiae nomine summotis, iam, inquam, pecunia ac milite instructissimus nos adoritur. Quod si Gotthicum quoque regnum everterit, procul dubio nos caeterosque, qui iugum iam accepere, armabit in Persas, et ad bellum ducet, nullam habens rationem nominis amicitiae, nec iusiurandum erubescens. Dum igitur spes adhuc tibi salutis restat, absiste nobis damnum inferre, nec ipse cape: sed in malis nostris ea prospice, quae Persis impendent: idque tecum reputa, nunquam bene affectos in regnum tuum Romanos fore, nec dilaturos, ubi viribus superiores evaserint, odium in Per-

κνυσθαι. ἐν δέοντι τοίνυν τῇ ἐξουσίᾳ χρῆσαι, μὴ πανσαμένην ἐπιζητήσῃς. λωφήσασα γὰρ ἡ τῶν καιρῶν ἀκμὴ ἐπανιέναι οὐδαμῶς πέφυκεν. ἄμεινον δὲ προτερήσαντα ἐν τῷ ἀσφαλεῖ εἶναι ἢ
B *τῶν καιρῶν ὑστερηκότα τὰ πάντα αἰσχρότατα πρὸς τῶν πολεμίων παθεῖν.“*

Ταῦτα ἐπεὶ Χοσρόης ἤκουσεν, εὖ τέ οἱ παραινεῖν Οὐίττιγις ἔδοξε καὶ λύειν τὰς σπονδὰς ἔτι μᾶλλον ἐν σπουδῇ εἶχε. φθόνῳ γὰρ ἐς Ἰουστινιανὸν βασιλέα ἐχόμενος λογίζεσθαι ὡς ἥκιστα ἔγνω, ὅτι δὴ πρὸς ἀνδρῶν Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ δυσμενῶν μάλιστα οἱ λόγοι ἐς αὐτὸν γένοιντο. ἀλλὰ τῷ βούλεσθαι ἐς τὸ πεισθῆναι αὐτόμολος ἦλθεν. ὃ δὴ καὶ ἐς τοὺς Ἀρμενίων τε καὶ Λαζῶν λόγους ὀλίγῳ ὕστερον ἔδρασεν ἅπερ μοι αὐτίκα μάλα λε-
C *λέξεται. καίτοι τοιαῦτα Ἰουστινιανῷ ἐπεκάλουν ἐγκλήματα, ἃ βασιλεῖ γενναίῳ εἰκότως ἂν ἐγκώμια εἴη, ὅτι δὴ τὴν βασιλείαν τὴν αὐτοῦ μείζω τε ποιῆσαι καὶ πολλῷ ἐπιφανεστέραν ἐν σπουδῇ ἔχοι. ταῦτα γὰρ καὶ Κύρῳ ἄν τις ἐπενέγκοι τῷ Περσῶν βασιλεῖ καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι. ἀλλὰ γὰρ φθόνῳ τὸ δίκαιον οὐδαμῇ εἴωθε ξυνοικίζεσθαι. διὰ ταῦτα μὲν Χοσρόης τὰς σπονδὰς λύειν διενοεῖτο.*

D *γ'. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἄλλο τι γενέσθαι τοιόνδε ξυνέβη. Συμεώνης ἐκεῖνος, ὁ τὸ Φαράγγιον Ῥωμαίοις ἐνδοὺς, Ἰουστινιανὸν βασιλέα πείθει, ἔτι τοῦ πολέμου ἀκμάζοντος, κώμαις αὐ-*
H 48 *τόν τισιν ἀνδρῶν Ἀρμενίων δωρήσασθαι. κύριός τε τῶν χωρίων*

2. ἐπιζητήσῃς] ἐπιζητήσας H: illud Hm. 15. αὐτοῦ] αὑτοῦ P. 18. Χοσρόης] ὁ χοσρόης L.

sas conceptum effundere. Ergo opportune data utere facultate, ne postea subtractam requiras. Reverti nequit elapsa semel occasio. Praestat autem ea antecapta esse in tuto, quam per segnitiem seram amissa indignissimis modis omnibus ab hoste haberi.

His Chosroes auditis, et Vittigis probata admonitione, pacem convellere multo acrius cupiebat. Etenim Iustiniano Aug. invidens, non cogitabat haec in illum ab inimicis iactari, nec iudicio, sed voluntate fidem iis habebat ultro; quemadmodum et paulo post habuit Armeniorum Lazorumque orationibus: ut quamprimum exponam. At illi in Iustiniano reprehendebant, quae in generoso Imperatore laudanda sunt: nempe studium, quo proferebat Imperii fines et splendorem augebat. Cuiusmodi sane crimina Cyro Persarum Regi et Alexandro Macedoni inferre quis posset. Verumenimvero non una solent Iustitia et Invidia habitare. His demum causis ad solvendam pacem Chosroes impellebatur.

3. Sub idem tempus res, quam hic subiiciam, contigit. Symeones ille, qui Pharangium Romanis dedidit, quo tempore bellum adhuc flagrabat, a Iustiniano Aug. vicos impetraverat aliquot, qui ad quosdam Armenios pertinebant. Eorum autem dominium cum esset adeptus, ab an-

γενόμενος πρὸς τῶν αὐτὰ πάλαι κεκτημένων ἐξ ἐπιβουλῆς θνήσκει. ἐξειργασμένου δὲ τοῦ κακοῦ οἱ τοῦ φόνου ἀρχηγοὶ φεύγουσιν ἐς τὰ Περσῶν ἤθη. ἀδελφὼ δὲ ἤστην δύο Περόζου παῖδε. βασιλεὺς δὲ ταῦτα ἀκούσας, τάς τε κώμας Ἀμαζάσπῃ παραδίδωσι τῷ Συμεῶνος ἀδελφιδῷ καὶ ἄρχοντα κατεστήσατο Ἀρμενίοις αὐτόν. τοῦτον τὸν Ἀμαζάσπην, προϊόντος τοῦ χρόνου, Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ τῶν τις ἐπιτηδείων διέβαλλεν, Ἀκάκιος ὄνομα, κακουργεῖν τε ἐς Ἀρμενίους καὶ βουλεύεσθαι Πέρσαις ἐνδοῦναι P 91 Θεοδοσιούπολίν τε καὶ ἄλλα ἄττα πολίσματα. ταῦτα εἰπὼν γνώμῃ βασιλέως Ἀκάκιος τὸν Ἀμαζάσπην δόλῳ ἔκτεινε, καὶ τὴν Ἀρμενίων ἀρχὴν δόντος βασιλέως ἔσχεν αὐτός. πονηρὸς δὲ ὢν φύσει ἔσχε καθ' ὅ τι τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη ἐνδείξοιτο. γέγονεν οὖν ἐς τοὺς ἀρχομένους ὠμότατος ἀνθρώπων ἁπάντων. τά τε γὰρ χρήματα ἐληίζετο οὐδενὶ λόγῳ καὶ φόρου αὐτοῖς ἀπαγωγὴν οὔποτε οὖσαν ἐς κεντηνάρια τέσσαρα ἔταξεν. Ἀρμένιοι δὲ (φέρειν γὰρ οὐκέτι αὐτὸν οἷοί τε ἦσαν) κτείνουσί τε ξυμφρονήσαντες τὸν Ἀκάκιον καὶ ἐς τὸ Φαράγγιον καταφεύγουσι.

Διὸ δὴ Σίτταν ἐπ' αὐτοὺς ἐκ Βυζαντίου βασιλεὺς ἔπεμψεν. B ἐνταῦθα γὰρ ὁ Σίττας διέτριβεν, ἐπειδὴ Ῥωμαίοις ἐγένοντο αἱ πρὸς Πέρσας σπονδαί. ὃς δὴ ἐπ' Ἀρμενίους ἐλθὼν τὰ μὲν πρῶτα ἐς τὸν πόλεμον ὀκνηρῶς ᾔει, τιθασεύειν μέντοι καὶ ἐπὶ τὰ πρότερα ἤθη ἀντικαθιστάναι τοὺς ἀνθρώπους ἠπείγετο, πεί-

4. Ἀμαζάσπῃ] ἀμαζάσπι H et infra ἀμαζάσπιν. 5. ἀρμενίοις A. Ἀρμενίας P. 21. τιθασεύειν] Vulgo τιθασσεύειν.

tiquis possessoribus ex insidiis occisus est. Patrata caede, fugerunt in Persidem eius auctores, duo germani fratres, Perozis filii. Re audita, Amazaspi Symeonis ex sorore nepoti vicos Augustus concessit, eundemque praefecit Armeniae. Processerat tempus, cum Acacius apud Iustinianum Aug. cui familiaris erat, criminatus est Amazaspem, ab eo vexari dicens Armenios et agitari consilium prodendi Persis Theodosiopolin atque alia quaedam oppida. Sua functus delatione, dolo ipsum peremit de sententia Imperatoris; a quo etiam Armeniae praepositus fuit. Verum homo ad flagitia natus, eo gradum hunc honoris obtinuit, ut latentes animi mores clarius patefaceret. Mortalium fuit omnium in subditos crudelissimus. Nam illos de nihilo depeculabatur, et tributo quadringentorum pondo auri oneraverat inaudito. Tandem Armenii, cum iam Acacium ferre non possent, conflata conspiratione eum tollunt e medio, seque recipiunt in Pharangium.

Eo Sittam Augustus misit Byzantio: in urbe enim Sittas ab illo tempore degebat, quo pacem cum Persis Romani fecerant. Is ubi in Armeniam pervenit, in bellum remisse instituit initio, enitens ipsos delinire, et in pristinas sedes reducere, hoc promisso, persuasurum se Principi,

θειν βασιλέα ὑποσχόμενος ἀφεῖναι αὐτοῖς τὴν καινὴν τοῦ φόρου ἀπαγωγήν. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν βασιλεὺς τῆς μελλήσεως πολλὰ ὀνειδίζων ἐκάκιζεν, ἠγμένος ταῖς Ἀδολίου διαβολαῖς τοῦ Ἀκακίου παι-
V 284 δός, ἐνταῦθα ἤδη ὁ Σίττας τὰ ἐς τὴν ξυμβολὴν ἐξηρτύετο. καὶ πρῶτον μὲν ὑποσχέσεσι πολλῶν ἀγαθῶν ἀναπείθειν τε καὶ ἑταιρίζεσθαι αὐτῶν τινας ἐνεχείρησεν, ὅπως αὐτῷ ῥᾴων τε καὶ ἀπονω-
C τέρα ἡ ἐς τοὺς λοιποὺς ἐπικράτησις γένοιτο. καὶ οἱ τὸ τῶν Ἀπετιανῶν καλουμένων γένος, μέγα τε ὂν καὶ πολυάνθρωπον, προσχωρεῖν ἤθελε. πέμψαντές τε παρὰ τὸν Σίτταν ἐν γράμμασιν ἐδέοντο διδόναι τὰ πιστὰ σφίσιν, ὅτι δή, ἣν τῷ ἔργῳ τοὺς ὁμογενεῖς ἀπολιπόντες ἥξωσιν ἐς τὴν Ῥωμαίων παράταξιν, κακῶν παντάπασιν ἀπαθεῖς μείνωσι, τὰ σφέτερα αὐτῶν ἔχοντες. ὁ δὲ αὐτοῖς ἄσμενός τε γράψας ἐν βιβλιδίῳ, καθάπερ ἐδέοντο, τὰ πιστὰ ἔδωκε, καὶ τὸ γράμμα κατασημηνάμενος ἐς αὐτοὺς ἔπεμψε. θαρσῶν τε ὡς δι' αὐτῶν ἀμαχητὶ τοῦ πολέμου κρατήσει, τῷ παντὶ στρατῷ ἐς χωρίον Οἰνοχαλάκων ᾔει, ἔνθα τοὺς Ἀρμενίους
D ἐστρατοπεδεῦσθαι ξυνέβαινε. τύχῃ δέ τινι οἱ τὸ βιβλίον ἔχοντες ἑτέρᾳ ἰόντες ὁδῷ Ἀπετιανοῖς ἐντυχεῖν οὐδαμῇ ἴσχυσαν. μοῖρα μέντοι τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ὀλίγοις τισὶν αὐτῶν ἐντυχόντες, οὐκ εἰδότες τε τὰ ξυγκείμενα, ὡς πολεμίοις ἐχρήσαντο. καὶ αὐτὸς Σίττας ἐν σπηλαίῳ που παῖδάς τε αὐτῶν καὶ γυναῖκας λαβὼν ἔκτεινεν, ἢ τὸ γεγονὸς οὐ ξυνιεὶς ἢ δι' ὀργῆς Ἀπετιανοὺς ἔχων, ὅτι οἱ, καθάπερ ξυνέκειτο, οὐ προσεχώρουν.

6. ἐνεχείρησεν] ἀνεχώρησεν Hm. 7. ἐς A. εἰς P. ibid. Ἀπετιανῶν] Aspetiani RV hic et infra. 13. βιβλιδίῳ] βιβλίῳ L. 18. Ἀπετιανοῖς] ἀπεστιανοῖς L. 21. Σίττας] ἰοὺ ἰοὺ τί πέπονθας σίττα, margo A.

ut eos nova tributi pensione levaret. At postquam eius cunctationem Augustus calumniis Adolii filii Acacii inductus gravi notavit exprobratione, se ad praelium accinxit: prius tamen amplis pollicitationibus ad se pertrahere nonnullos sibique adiungere tentavit, quo facilius reliquos expugnaret. Iamque Apetiani, magna ac frequens natio, deditionem facere constituerant, et per legatos fidem a Sitta petierant scripto testatam, si reipsa a popularibus suis ad aciem Romanam transirent, sua se possessuros incolumes; ac libenter ille, quemadmodum postulabant, fidem iis dederat mandatam scripto, literasque obsignatas miserat; quin etiam ipsorum opera victoriam absque praelio sibi spondens cum exercitu universo accesserat Oenochalacos, ubi castra habebant Armenii: sed accidit ut tabellarii diversam ingressi viam ab Apetianis deerraverint. Praeterea pars Romani exercitus nacta ex eorum numero aliquot, et conventorum ignara, ipsos pro hostibus habuit. Denique Sittas ipse liberos illorum et coniuges in quadam spelunca deprehensos trucidavit, sive inscius quinam essent, sive iratus Apetianis, quod ad se, ut convenerat, non transfugerent.

Οἱ δὲ θυμῷ ἤδη ἐχόμενοι ξὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὡς ἐς μάχην ἐτάξαντο. ἅτε δὲ ἐν δυσχωρίαις χαλεπαῖς τε καὶ κρημνώδεσιν ἑκάτεροι ὄντες οὐκ ἐν ἑνὶ χώρῳ ἐμάχοντο, ἀλλὰ διασκεδαννύμενοι ἔν τε ὑπωρείαις καὶ φάραγξι. τετύχηκεν οὖν τῶν Ἀρμενίων ὀλίγους τινὰς καὶ Σίτταν τῶν ἑπομένων οὐ πολλοὺς ἔχοντα ἀλλήλων πη ἄγχιστα ἰέναι, φάραγγος σφίσι τινὸς μεταξὺ οὔσης. P 92
ἱππεῖς δὲ ἦσαν ἑκάτεροι. ὁ μὲν οὖν Σίττας, ὀλίγων οἱ ἑπισπομένων, ἐπὶ τοὺς ἐναντίους τὴν φάραγγα διαβὰς ἤλαυνεν, Ἀρμένιοι δὲ ὀπίσω ὑποχωρήσαντες ἔστησαν, καὶ ὁ Σίττας οὐκέτι ἐδίωκεν, ἀλλ' αὐτοῦ ἔμενεν. ἄφνω δέ τις τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ, Ἔρουλος γένος, δίωξιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους πεποιημένος, ἐνθένδε τε ξὺν θυμῷ ἀπελαύνων παρὰ τοὺς ἀμφὶ τὸν Σίτταν ἦλθεν. ἐτύγχανε δὲ ὁ Σίττας ἐς τὸ ἔδαφος τὸ δόρυ ἐρείσας· ὃ δὴ ὁ τοῦ Ἐρούλου ἵππος ἐπιπεσὼν ξὺν πολλῇ ῥύμῃ κατέαξε. τόν τε στρατηγὸν τοῦτο ἠνίασεν ἐς τὰ μάλιστα, καὶ αὐτὸν τῶν τις Ἀρμενίων ἰδὼν ἔγνω τε καὶ Σίτταν αὐτὸν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἰσχυρίζετο εἶναι. ξυνέβαινε γάρ οἱ ἐν τῇ κεφαλῇ κράνος οὐκ εἶναι. διὸ δὴ τοὺς πο- B
λεμίους οὐκ ἔλαθε ξὺν ὀλίγοις τισὶν ἐνταῦθα ἥκων. Σίττας μὲν οὖν, ἐπεὶ ταῦτα τοῦ Ἀρμενίου ἤκουσε λέγοντος καὶ τὸ δόρυ, ὥσπερ ἐῤῥήθη, οἱ ἀποκαυλισθὲν ἐς τὴν γῆν ἔκειτο, σπασάμενος H 41
τὸ ξίφος τὴν φάραγγα διαβαίνειν εὐθὺς ἐνεχείρησεν. οἱ δὲ πολέμιοι σπουδῇ πολλῇ ἐπ' αὐτὸν ἤλαυνον, καί τις αὐτὸν καταλαβὼν

4. ὑπωρείαις] ὑπωρίαις H. 6. ἰέναι] εἶναι Pm. 11. Ἔρουλος] Legebatur Ἔλουρος et infra Ἐλούρου. Correxi ex RV. Idem vitium infra p. 138 d. et in Menandri Excerptis p. 285, 7. ubi correxit Niebuhrius. Apud Procopium recte alibi Ἔρουλοι: vide indicem. 20. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P. 21. οἱ] Vulgo οἱ.

Illi iam animis exasperati, cum caeteris omnibus ad pugnam sese composuere. Et quoniam confragosa regio deruptaque praecipitiis erat, non uno in loco uterque exercitus, sed sparsi in clivis et vallibus manipuli decertabant. Tum forte globus Armeniorum, et Sittas parva suorum stipatus manu, equites utrique, provecti contra se invicem proxime sunt; sic tamen ut vallis interiaceret: quam Sittas cum paucis transgressus, equum in hostes egit. Ubi vero referentes pedem Armenii substiterunt, cursum et ipse reprimens in vestigiis haesit. Ecce quidam e Rom. exercitu, natione Elurus, facta in hostem incursione, ad Sittam, qui hastam solo infixerat, recurrit ardens. Illam Eluri equus magno ruens impetu confregit: unde gravissimum dolorem animo cepit Magister militum: quem conspicatus quidam Armenius, ut agnovit, sociis asseverat hunc esse Sittam. Forte enim galea caput nudaverat: quo facto hostibus ipse prodidit se illuc venisse, et quidem paucis comitatum. Ea dicentem Armenium simul audiit, quia fracta, ut dixi, hasta humi iacebat,

ἐν τῇ φάραγγι ξίφει ἐς ἄκραν κεφαλὴν ἔτυψε πληγῇ ἐγκαρσίᾳ. καὶ τὸ μὲν βρέγμα ὅλον ἀφείλετο, τοῦ δὲ ὀστέου ὁ σίδηρος οὐδαμῇ ἥψατο. καὶ ὁ μὲν Σίττας ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον πρόσω ἤλαυνεν, Ἀρταβάνης δὲ Ἰωάννου παῖς Ἀρσακίδης ὄπισθεν ἐπιπεσὼν
C καὶ παίσας τῷ δόρατι ἔκτεινεν. οὕτω τε ὁ Σίττας ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο οὐδενὶ λόγῳ, ἀναξίως τῆς τε ἀρετῆς καὶ τῶν ἐς τοὺς πολεμίους ἀεὶ πεπραγμένων, ἀνὴρ τό τε σῶμα ἐς ἄγαν καλὸς γεγονὼς καὶ ἀγαθὸς τὰ πολέμια, στρατηγὸς δὲ ἄριστος τῶν καθ' αὑτὸν οὐδενὸς ἥσσων. τινὲς δέ φασι τὸν Σίτταν οὐ πρὸς τοῦ Ἀρταβάνου ἀπολωλέναι, ἀλλὰ Σολομῶνα, λίαν ἐν Ἀρμενίοις ἀφανῆ ἄνδρα, τὸν ἄνθρωπον διαχρήσασθαι.

Τελευτήσαντος δὲ Σίττα Βούζην βασιλεὺς ἐπὶ τοὺς Ἀρμενίους ἐκέλευεν ἰέναι· ὃς ἐπεὶ ἄγχιστά που ἐγένετο, ἔπεμψε πρὸς αὐτοὺς βασιλεῖ τε καταλλάξειν Ἀρμενίους ὑποσχόμενος ἅπαντας καὶ ὑπὲρ τούτων ἐς λόγους οἱ ἐλθεῖν ἀξιῶν τῶν δοκίμων τινάς.
D οἱ μὲν οὖν ἄλλοι οὔτε πιστεύειν τῷ Βούζῃ εἶχον οὔτε τοὺς λόγους ἐνδέχεσθαι τοὺς αὐτοῦ ἤθελον. ἦν δέ τις αὐτῷ μάλιστα φίλος ἀνὴρ Ἀρσακίδης, Ἰωάννης τοὔνομα, Ἀρταβάνου πατήρ, ὃς δὴ τῷ Βούζῃ τότε ἅτε φίλῳ θαρσήσας ξύν τε Βασσάκῃ τῷ κηδεστῇ καὶ ἄλλοις τισὶ παρ' αὐτὸν ἦλθεν· οἳ δὴ ἐν χωρίῳ γενόμενοί τε καὶ αὐλισθέντες, ἔνθα τῷ Βούζῃ τῇ ὑστεραίᾳ ἐντυχεῖν ἔμελλον,
V 285 ᾔσθοντο ἐς κύκλωσιν πρὸς τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἥκοντες. πολλὰ

5. τε A. δὲ P. 13. ἐκέλευεν L. ἐκέλευσεν P. 15. τῶν δοκίμων] τοὺς δοκίμους L. 16. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 19. ἅτε om. L.

educto gladio iterum transire vallem aggreditur. Advolant hostes: atque unus ipsum assecutus in valle obliquo ictu verticem percutit demetitque sinciput, osse minime violato acie ferri. Porro Sittas pergebat, equum citans velocius; sed irruens a tergo Artabanes filius Ioannis Arsacides, illum transfixit hasta atque confecit. Ita Sittas temere periit, fato sublatus parum digno virtute sua et rebus in hostes semper praeclare gestis: vir eximia corporis forma praeditus, et cum bellica fortitudine, tum imperandi peritia nemini aetatis suae secundus. Non desunt qui illum dicant non Artabanis manu, sed Solomonis, Armeni ignobilissimi, cecidisse.

Extincto Sitta, Buzem in Armeniam destinat Imperator. Ille iam loco proximus, in quo erant rebelles, pollicetur per internuntios se apud Principem Armenios omnes restituturum in gratiam, et ad colloquium optimates invitat. Plerisque Buzi diffidentibus ac respuentibus ipsius dicta, Artabanis pater Ioannes Arsacides, Buzi amicissimus, huic tanquam amico fidens, ad eum se contulit cum genero suo Bassace aliisque nonnullis. Postquam eo venerunt, sibique sedem optarunt ad nocturnam quietem, ubi postridie cum Buze acturi erant; se in Rom. exercitum delapsos,

μὲν οὖν τὸν Ἰωάννην Βασσάκης ὁ γαμβρὸς ἐλιπάρει δρασμοῦ ἔχεσθαι. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν πείθειν οὐκ εἶχε, μόνον ἐνταῦθα καταλιπὼν ξὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασι λαθὼν τοὺς Ῥωμαίους, ὁδῷ τῇ αὐτῇ ὀπίσω ἀπήλαυνε. Βούζης τε τὸν Ἰωάννην μόνον εὑρὼν ἔκτεινε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ οὔτε τινα ἐλπίδα ἐς Ῥωμαίους Ἀρμένιοι ξυμβάσεως P 93 πέρι τὸ λοιπὸν ἔχοντες οὔτε βασιλέα τῷ πολέμῳ ὑπεραίρειν οἷοί τε ὄντες παρὰ τὸν Περσῶν βασιλέα ἦλθον, Βασσάκου σφίσιν ἡγουμένου, δραστηρίου ἀνδρός. ὧν τότε οἱ πρῶτοι Χοσρόῃ ἐς ὄψιν ἐλθόντες ἔλεξαν τοιάδε „Εἰσὶ μὲν ἡμῶν πολλοὶ Ἀρσακίδαι, ὦ δέσποτα, ἐκείνου Ἀρσάκου ἀπόγονοι, ὃς δὴ οὔτε τῆς Πάρθων βασιλείας ἀλλότριος ἐτύγχανεν ὤν, ἡνίκα ὑπὸ Πάρθοις ἔκειτο τὰ Περσῶν πράγματα, καὶ βασιλεὺς ἐπιφανὴς γέγονε τῶν καθ' αὑτὸν οὐδενὸς ἧσσων. πάρεσμεν δὲ τανῦν εἰς ὑμᾶς ἅπαντες δοῦλοί τε καὶ δραπέται γεγενημένοι, οὐχ ἑκούσιοι μέντοι, ἀλλ' ἠναγκασμένοι ὡς μάλιστα, τῷ μὲν φαινομένῳ ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, B τῷ δὲ ἀληθεῖ λόγῳ ὑπὸ σῆς, ὦ βασιλεῦ, γνώμης. εἴπερ ὁ τὴν ἰσχὺν τοῖς ἀδικεῖν βουλομένοις διδοὺς αὐτὸς ἂν φέροιτο καὶ τὴν αἰτίαν τῶν ἔργων δικαίως. εἰρήσεται δὲ μικρὸν ἄνωθεν ὅπως δὴ ἅπασι παρακολουθεῖν τοῖς πεπραγμένοις δυνήσεσθε. Ἀρσάκης γὰρ ὁ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων βασιλεὺς ὕστατος ἐξέστη τῆς ἀρχῆς τῆς αὑτοῦ Θεοδοσίῳ τῷ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι ἑκών γε εἶναι, ἐφ' ᾧ δὴ ἅπαντες οἱ κατὰ γένος αὐτῷ μέλλοντες πάντα

4. βούζης τε L. Βούζης δὲ P. 5. οὔτε — οὔτε] οὐδέ — οὐδὲ P. 6. πέρι] περὶ P. 7. ἦλθον] ἦλθεν L. 19. δυνήσεσθε] δυνήσησθε LHm. 21. αὑτοῦ] αὐτοῦ P.

iam circumveniri sensere. Hic Ioannem rogare etiam atque etiam Bassaces gener ut fugae se commendaret: sed frustra. Quare obstinatum ibi solum relinquens, eadem via cum sociis rediit, clam Romanis. Buzes Ioannem solum nactus, eum occidit. Tunc Armenii spe omni deposita reconciliandae cum Romanis gratiae, cum nequirent superiores armis esse Augusto; duce Bassace viro strenuo Regem Persarum adeunt. Intromissi ad Chosroem eorum principes, verba in hunc fere modum fecerunt. *Arsacidae quidem hic sunt, Domine, non pauci e nostro numero: scilicet Arsacis illius nepotes, qui non erat sanguine alienus Parthorum Regibus, quando his Persae suberant, et quo Regem ipsius aetas nullum tulit illustriorem. Nunc vero in conspectum venimus vestrum, servi omnes, et quidem fugitivi: conditionem istam non amplexi sponte; sed subire coacti, vi, ut quidem apparet, dominationis Romanae; reapse autem voluntate, Rex, tua: si quidem in eum, qui iniuriam inferre volentibus vires praebet, conferri, quae illi perpetrant, iure possunt. Atque ut animo comprehensa res tota teneatur, paulo altius repetemus. Arsaces, is qui Rex fuit postremus e maioribus nostris, Theodosio Rom. Imp. regno suo cessit ultro hac lege, ut omni deinceps aevo quicunque ipsum propinquitate continge-*

τὸν αἰῶνα προσήκειν τά τε ἄλλα βιοτεύσουσι κατ' ἐξουσίαν καὶ
φόρου ὑποτελεῖς οὐδαμῇ ἔσονται. καὶ διεσωσάμεθα τὰ ξυγκεί-
μενα, ἕως ὑμεῖς ταύτας πεποίησθε τὰς διαβοήτους σπονδάς, ἃς
C δὴ κοινόν τινα ὄλεθρον καλῶν τις, οἰόμεθα, οὐκ ἂν ἁμάρτοι. φί-
λων τε γὰρ καὶ πολεμίων τὸ ἐντεῦθεν ἀφροντιστήσας ἅπαντα ξυν-
έχεέ τε καὶ ξυνετάραξε τὰ ἀνθρώπεια ὁ σός, ὦ βασιλεῦ, τῷ λόγῳ
μὲν φίλος, ἔργῳ δὲ δυσμενής. ὅπερ καὶ αὐτὸς οὐκ εἰς μακρὰν
εἴσῃ, ἐπειδὰν τάχιστα τοὺς ἑσπερίους οἷός τε ᾖ παντάπασι κατα-
στρέψασθαι. τί γὰρ τῶν πρότερον ἀπειρημένων οὐκ ἔπραξεν;
ἢ τί οὐκ ἐκίνησε τῶν εὖ καθεστώτων; οὐχ ἡμῖν μὲν φόρου ἀπα-
γωγὴν ἔταξεν οὐ πρότερον οὖσαν, καὶ Τζάνους τοὺς ὁμόρους ἡμῖν
αὐτονόμους ὄντας δεδούλωται, τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν ἀθλίων Λαζῶν
ἄρχοντα Ῥωμαῖον ἐπέστησε; πρᾶγμα οὔτε τῇ φύσει τῶν πραγμά-
D των ξυμβαῖνον οὔτε λόγῳ ῥᾴδιον ἑρμηνεύεσθαι. οὐ Βοσποροίταις
μὲν τοῖς Οὔννων κατηκόοις στρατηγοὺς ἔπεμψε καὶ τὴν πόλιν
προσεποιήσατο οὐδὲν αὐτῷ προσῆκον, ὁμαιχμίαν δὲ πεποίηται
H 50 πρὸς τὰς τῶν Αἰθιόπων ἀρχάς, ὧν καὶ ἀνήκοοι τὸ παράπαν Ῥω-
μαῖοι ἐτύγχανον ὄντες; ἀλλὰ καὶ Ὁμηρίτας τε καὶ θάλασσαν τὴν
ἐρυθρὰν περιβέβληται καὶ τὸν φοινικῶνα προστίθησι τῇ Ῥωμαίων
ἀρχῇ. ἀφίεμεν γὰρ λέγειν τὰ Λιβύων τε καὶ Ἰταλῶν πάθη. ἡ
γῆ τὸν ἄνθρωπον οὐ χωρεῖ ξύμπασα· μικρόν ἐστιν αὐτῷ πάντων
ὁμοῦ τῶν ἀνθρώπων κρατεῖν. ὁ δὲ καὶ τὸν αἰθέρα περισκοπεῖ

1. βιοτεύσουσι] βιωτεύσουσι P. 11. Τζάνους] ζάνους L. Ζάνος RV. 13. ἐπέστησε] ἐπέστησεν L.

9. Postquam Byzantium Belisarius cum Gelimere Vandalisque advenit, honoribus affectus est, qui quondam Romanis ducibus, maximas clarissimasque victorias consecutis, decernebantur: cum nemo iam ab annis circiter DC. adeptus eos fuisset, praeter Titum, Traianum, ac caeteros Imperatores, qui ducto in Barbaram aliquam nationem exercitu, victores redierant. Etenim spolia et captivos spectandos exhibens, pompam, sive, ut Romani appellabant, triumphum, per urbem mediam duxit, non veteri tamen more. Siquidem a suis aedibus in Circum usque pedibus processit, ibique a carceribus ad solium Imperatoris. In spoliis videre erat quaecunque regiis usibus addici solent: sellas aureas, vehicula uxoris principis, mundi gemmei ingentem vim, pocula ex auro, epularem omnem supellectilem regis, talentorum argenti multas myriadas, et magnam regiorum vasorum copiam: quae Gizericus, uti supra memoravimus, in Rom.

ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη), ἐν τοῖς καὶ τὰ Ἰουδαίων κειμήλια ἦν, ἅπερ Οὐεσπασιανοῦ Τίτος μετὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἅλωσιν ἐς Ῥώμην ξὺν ἑτέροις τισὶν ἤνεγκε. καὶ αὐτὰ τῶν τις Ἰουδαίων ἰδὼν καὶ παραστὰς τῶν βασιλέως γνωρίμων τινὶ „ταῦτα" ἔφη „τὰ χρήματά ἐς τὸ ἐν Βυζαντίῳ παλάτιον ἐσκομίζεσθαι ἀξύμφορον οἴομαι εἶναι. οὐ γὰρ οἷόν τε αὐτὰ ἑτέρωθι εἶναι ἢ ἐν τῷ χώρῳ, οὗ δὴ Σολομῶν αὐτὰ πρότερον ὁ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς ἔθετο. διὰ ταῦτα γὰρ καὶ Γιζέριχος τὰ Ῥωμαίων βασίλεια D εἷλε καὶ νῦν τὰ Βανδίλων ὁ Ῥωμαίων στρατός." ταῦτα ἐπεὶ ἀνενεχθέντα βασιλεὺς ἤκουσεν, ἔδεισέ τε καὶ ξύμπαντα κατὰ τάχος ἐς τῶν Χριστιανῶν τὰ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱερὰ ἔπεμψεν. ἀνδράποδα δὲ ἦν τοῦ θριάμβου Γελίμερ τε αὐτὸς, ἐσθῆτά πού τινα ἐπὶ τῶν ὤμων ἀμπεχόμενος πορφυρᾶν, καὶ τὸ ξυγγενὲς ἅπαν, Βανδίλων τε ὅσοι εὐμήκεις τε ἄγαν καὶ καλοὶ τὰ σώματα ἦσαν. ὡς δὲ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ Γελίμερ ἐγεγόνει, καὶ τόν τε βασιλέα ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ καθήμενον τόν τε δῆμον ἐφ' ἑκάτερα ἑστῶτα P 256 εἶδε, καὶ αὑτὸν οὗ ἦν κακοῦ περισκοπῶν ἔγνω, οὔτε ἀπέκλαυσεν οὔτε ἀνῴμωξεν, ἐπιλέγων δὲ οὐκ ἐπαύσατο κατὰ τὴν Ἑβραίων γραφὴν, ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης. ἀφικόμενον δὲ αὐτὸν κατὰ τὸ βασιλέως βῆμα τὴν πορφυρίδα περιελόντες, πρηνῆ πεσόντα προσκυνῆσαι Ἰουστινιανὸν βασιλέα ἠνάγκασαν. τοῦτο δὲ καὶ Βελισάριος ἐποίει, ἅτε ἱκέτης βασιλέως

1. ἔμπροσθεν] ἔμπροσθε L. ibid. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P. 6. οἴομαι] ᾤετο Lm. 18. Ἑβραίων] Eccles. I, 2.

palatio compilaverat. In his vasa Iudaeorum erant, quae Titus Vespasiani filius, post Hierosolymorum excidium Romam cum aliis asportarat. Ea conspicatus Iudaeus quidam, unum ex Augusti familiaribus adiit, itaque monuit: *Non expedit, mea quidem sententia, aurum hoc in palatium Byzantium inferri. Nusquam enim servari potest, nisi ubi principio repositum fuit a Salomone Iudaeorum rege. Quae causa extitit, cur et Romanam olim regiam Gizericus, et Vandalicam Rom. exercitus modo ceperit.* Haec Imperatori renuntiata metum incussere, ita ut totum id, quidquid erat, in Hierosolymitana Christianorum templa deferri iusserit. Porro hos triumphus captivos habuit: Gelimerem ipsum, cum veste purpurea, circundata humeris; propinquos ipsius omnes; e Vandalis procerissimos quosque, et oris dignitate praestantes. Circum ingressus Gelimer, ubi Augustum sublimi in solio sedentem, stantemque hinc inde populum vidit, et animum ad se referens, quo infortunii devenisset, attendit; nec lacrimas, nec gemitus edidit, at semper in ore habuit vocem illam, ex Hebraeorum monumentis petitam: *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas.* Ut ventum est ad Caesareum solium, exuta purpura, prono vultu procumbere, et Iustiniannum Aug. adorare compulsus est: quem honorem Be-

ξὺν αὐτῷ γεγονώς. βασιλεύς τε Ἰουστινιανὸς καὶ ἡ βασιλὶς Θεοδώρα τὰς Ἰλδερίχου παῖδάς τε καὶ ἐκγόνους πάντας τοὺς ἐκ Οὐαλεντινιανοῦ B βασιλέως ξυγγενείας χρήμασιν ἱκανοῖς ἐδωρήσαντο, καὶ Γελίμερι χωρία οὐκ εὐκαταφρόνητα ἐν Γαλατίᾳ δόντες ὁμοῦ τοῖς ξυγγενέσιν ἐνταῦθα οἰκεῖν ξυνεχώρησαν. ἐς πατρικίους μέντοι ἀνάγραπτος Γελίμερ ἥκιστα ἐγεγόνει, ἐπεὶ οὐ μετατίθεσθαι τῆς Ἀρείου δόξης ἤθελεν.

Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον Βελισαρίῳ καὶ ὁ θρίαμβος κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον ξυνετελέσθη. ἐς ὑπάτους γὰρ προελθόντι οἱ ξυνέπεσε φέρεσθαί τε πρὸς τῶν αἰχμαλώτων καὶ ἐν τῷ δίφρῳ ὀχουμένῳ, τῷ δήμῳ ῥιπτεῖν αὐτὰ δὴ ἐκεῖνα τοῦ Βανδίλων πολέμου τὰ λάφυρα. τά τε γὰρ ἀργυρώματα καὶ ζώνας χρυσᾶς καὶ ἄλλου C πλούτου Βανδιλικοῦ πολύ τι χρῆμα ἐκ τῆς Βελισαρίου ὑπατείας ὁ δῆμος ἥρπασε, καί τι τῶν οὐκ εἰωθότων ἀνανεοῦσθαι τῷ χρόνῳ ἔδοξε. ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ἐν Βυζαντίῳ ἔσχε.

ι'. Σολόμων δὲ τὸ ἐν Λιβύῃ παραλαβὼν στράτευμα, ἐπηρμένων μέν, ὡς προδεδήλωται, τῶν Μαυρουσίων, ἠωρημένων δὲ τῶν ὅλων πραγμάτων, ἐν ἀπόρῳ εἶχεν ᾗ τὸ παρὸν θέσθαι. τούς τε γὰρ στρατιώτας ἐν Βυζακίῳ καὶ Νουμιδίᾳ οἱ βάρβαροι D ἀνῃρηκέναι καὶ ἅπαντα ἄγειν τε καὶ φέρειν τὰ ἐκείνῃ ἠγγέλλοντο. μάλιστα δὲ αὐτόν τε καὶ Καρχηδόνα πᾶσαν συνετάραξε τὰ ἐς Αἰγᾶν τε τὸν Μασσαγέτην καὶ Ῥουφῖνον τὸν Θρᾷκα ἐν Βυ-

2. Οὐαλεντινιανοῦ] Βαλεντινιανοῦ P. 13. ὑπατείας] ὑπατίας AL. 22. Αἰγᾶν HP hic et infra cum diaeresi.

lisarius quoque persolvit, cum Gelimere supplex. Imperator autem Iustinianus ac Theodora Augusta Ilderici filias, et omnem Valentiniani Aug. prosapiam multa pecunia donarunt: Gelimeri fundos in Galatia assignarunt non contemnendos, ubi ipsi cum propinquitate habitare licuit. At Patriciorum ordini ideo non fuit ascriptus, quia ab Arianismo discedere noluit.

Haud multo post Belisarius alterum, et veteri quidem more, triumphum egit. Nam illum consulem captivi portarunt: idemque e curuli illas ipsas belli Vandalici manubias populo sparsit. Siquidem Belisario consule vasa argentea, zonas aureas, aliarumque rerum pretiosarum, quas habuerant Vandali, magnam copiam populus rapuit, ac dies partem eorum, quae desuetudine iam pridem abierant, revocare visa est. Byzantii quidem haec ita se habuerunt.

10. In Africa vero Salomon, accepto armorum imperio, cum Mauri, uti supra narravimus, rebellassent, ac suspensa rerum summa in ancipiti nutaret, pendens et ipse animi, quid in praesenti statueret, nesciebat. Ex nuntiis enim cognoverat, Barbaros, deletis Byzacii Numidiaeque praesidiis, illic agere et ferre omnia: in primis quae Aigani Massagetae et Rufino Thraci apud Byzacenos acciderant, cum ipsum, tum Carthaginem

ζακίῳ ξυνενεχθέντα. ἄμφω γὰρ λογίμω ἐς ἄγαν ἔν τε τῇ Βελισαρίου οἰκίᾳ ἤστην καὶ τῷ Ῥωμαίων στρατεύματι, ἅτερος μὲν αὐτῶν Αἰγᾶν ἐν τοῖς Βελισαρίου δορυφόροις ταττόμενος, ὁ δὲ ἕτερος, ἅτε ἁπάντων εὐψυχότατος, τὸ σημεῖον τοῦ στρατηγοῦ
P 257 ἐν ταῖς παρατάξεσιν εἰωθὼς φέρειν, ὃν δὴ βανδοφόρον καλοῦσι Ῥωμαῖοι. τότε γὰρ τούτω τὼ ἄνδρε ἱππικῶν καταλόγων ἡγου-
H 135 μένω ἐν Βυζακίῳ, ἐπειδὴ τοὺς Μαυρουσίους εἶδον τά τε ἐν ποσὶ
V 400 ληιζομένους καὶ Λίβυας ἅπαντας ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ποιησαμένους, τηρήσαντες ἐν στενοχωρίᾳ ξὺν τοῖς σφίσιν ἑπομένοις τοὺς τὴν λείαν παραπέμποντας, αὐτούς τε κτείνουσι καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀφαιροῦνται πάντας. ὡς δὲ οὗτος ὁ λόγος ἐς τῶν βαρβάρων τοὺς ἄρχοντας ἧκε, Κουζίαν τε καὶ Ἐσδιλάσαν καὶ Ἰουφρούθην καὶ Μεδισινίσαν, οὐ μακρὰν ταύτης δὴ τῆς στενοχωρίας ἀπέχοντας, χωροῦσιν ἐπ' αὐτοὺς παντὶ τῷ στρατῷ περὶ δείλην ὀψίαν. οἱ Ῥωμαῖοι δέ, κομιδῇ τε ὀλίγοι ὄντες καὶ ἐν χώρῳ
B στενῷ ἐς μέσον μυριάδων πολλῶν ἀπειλημμένοι, ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιόντας οὐχ οἷοί τε ἦσαν. ἔνθα γὰρ ἂν τραπεῖεν, ἀεὶ κατὰ νώτου ἐβάλλοντο. τότε δὴ Ῥουφῖνός τε καὶ Αἰγᾶν ξὺν ὀλίγοις τισὶν ἐς πέτραν ἐγγύς που οὖσαν ἀναδραμόντες ἐνθένδε τοὺς βαρβάρους ἠμύνοντο. τέως μὲν οὖν, ἕως τοῖς τόξοις ἐχρῶντο, οὐκ ἐτόλμων σφίσιν ἐκ τοῦ εὐθέος ἐς χεῖρας ἐλθεῖν οἱ πολέμιοι, ἀλλὰ τὰς αἰχμὰς ἐσηκόντιζον· ἐπεὶ δὲ τὰ βέλη ἅπαντα σφᾶς ἤδη ἐπιλελοίπει, οἵ τε Μαυρούσιοι αὐτοῖς ἐς χεῖρας ἦλθον καὶ αὐτοὶ τοῖς

12. „κουζίαν Reg." MALT. Sic ALHm et RV. *Κουζῖναν* ḢP.
13. *τῆς* add. L. 16. *μέσον*] *μέσων* L.

universam conturbabant. Siquidem erant ambo inter Belisarii domesticos et in exercitu Romano clarissimi: Aigan quidem stipator erat Belisarii, Rufinus autem, virtutis ergo ac strenuitatis eximiae, vexillum Praetorium in praeliis ferre consueverat: quo munere fungentem Romani bandiferum vocant. Hi tunc duces equitum in provincia Byzacena, ubi a Mauris obvia quaeque rapi, et Afros omnes abduci in servitutem viderunt, viarum angustias obsedere cum suis, et praedae abactoribus imminentes, illis occisis, captivos omnes receperunt. Cladis nuntio permoti, qui non procul aberant, Barbarorum duces, Cuzinas, Isdilasas, Iuphruthes ac Medisinisas, omnes eo copias promovent, inclinata iam die. Romani, cum et pauci admodum essent, arctoque in spatio multis millibus cingerentur, non sufficiebant propulsandae impressioni. Nam quocunque se verterent, eorum terga missilibus figebantur. Tum Rufinus et Aigan cum pauculis in vicinam rupem cursu evadunt, atque inde Barbaros prohibent. Et quandiu quidem arcubus usi sunt, refugit hostis recta impetum dare, et manus conserere, sed vibrare spicula satis habuit. Ubi vero pharetras exhausere, tunc demum Maurus certare cominus, Romani repellere gla-

ξίφεσιν ἐκ τῶν παρόντων ἠμύνοντο. τοῦ δὲ πλήθους τῶν βαρβάρων βιαζομένου, Αἰγᾶν μὲν κρεουργηθεὶς τὸ σῶμα ὅλον ἐνταῦθα ἔπεσε, Ῥουφῖνον δὲ οἱ πολέμιοι ἁρπάσαντες ἦγον. αὐτίκα C δὲ τῶν ἀρχόντων τις Μεδισινίσσας, δείσας μὴ διαφυγὼν πράγματα σφίσιν αὖθις παρέχοι, τῆς τε κεφαλῆς αὐτὸν ἀφαιρεῖται καὶ ταύτην ἐς τὰ οἰκεῖα λαβὼν ταῖς γυναιξὶ ταῖς αὐτοῦ ἔδειξε, μεγέθους τε ὑπερβολῇ καὶ τριχῶν πλήθει ἀξιοθέατον οὖσαν. ἐπεὶ δὲ ἡμᾶς ὁ τῆς ἱστορίας λόγος ἐνταῦθα ἤγαγεν, ἐπάναγκες εἰπεῖν ἄνωθεν ὅθεν τε τὰ Μαυρουσίων ἔθνη ἐς Λιβύην ἦλθε καὶ ὅπως ἐνταῦθα ᾠκήσαντο.

Ἐπειδὴ Ἑβραῖοι ἐξ Αἰγύπτου ἀνεχώρησαν καὶ ἄγχι τῶν Παλαιστίνης ὁρίων ἐγένοντο, Μωσῆς μὲν σοφὸς ἀνήρ, ὃς αὐτὸς τῆς ὁδοῦ ἡγήσατο, θνήσκει, διαδέχεται δὲ τὴν ἡγεμονίαν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ παῖς, ὃς ἔς τε τὴν Παλαιστίνην τὸν λεὼν τοῦτον εἰσήγαγε καὶ ἀρετὴν ἐν τῷ πολέμῳ κρείσσω ἢ κατὰ ἀνθρώπου φύσιν D ἐπιδειξάμενος τὴν χώραν ἔσχε. καὶ τὰ ἔθνη ἅπαντα καταστρεψάμενος τὰς πόλεις εὐπετῶς παρεστήσατο, ἀνίκητός τε παντάπασιν ἔδοξεν εἶναι. τότε δὲ ἡ ἐπιθαλασσία χώρα ἐκ Σιδῶνος μέχρι τῶν Αἰγύπτου ὁρίων Φοινίκη ξύμπασα ὠνομάζετο. βασιλεὺς δὲ εἷς τὸ παλαιὸν ἐφειστήκει, ὥσπερ ἅπασιν ὡμολόγηται, οἳ Φοινίκων τὰ ἀρχαιότατα ἀνεγράψαντο. ἐνταῦθα ᾤκηντο ἔθνη πολυανθρωπότατα, Γεργεσαῖοί τε καὶ Ἰεβουσαῖοι καὶ ἄλλα ἄττα ὀνό-

4. „*μεδισινίσσας* Reg.“ Malt. Sic LHm. *Μεδισινίσας* HP. 11. *Ἑβραῖοι*] *ἑβραῖοι* L hic et infra. 18. *ἡ* om. L. 22. *Γεργεσαῖοι*] *γερπαῖοι* L.

diis, pro re nata. Tandem illos obruente numero Barbarorum, conscissus plagis Aigan occubuit: Rufinum captum atque abductum dux Medisinisas confestim obtruncavit, veritus ne is fuga elapsus negotium denuo exhiberet. Idem Barbarus illius caput, magnitudine et comae densitate insigne, domum attulit, atque uxoribus ostendit suis. Quandoquidem vero ad Mauros instituto historiae deducti sumus, locus postulat ut rem altius repetentes, unde illi in Africam venerint, et quo ibi modo sedes fixerint, declaremus.

Cum Hebraei, ex Aegypto egressi, non longe a Palaestinae finibus abessent, dux viae Moses, vir sapiens, e vita migravit. Ducatum suscepit Iesus Naue filius: qui gente hac in Palaestinam inducta, regionem obtinuit, virtutem in bello promens humana maiorem, ac debellatis indigenis omnibus, urbium facile potitus est, audiitque plane invictus. Tunc temporis maritima omnis regio, a Sidone ad Aegypti fines, Phoenice dicebatur, nec nisi unum ibi quondam fuisse regem confessione omnium constat, qui de Phoenicum antiquitatibus scripsere. Illic gentes numero abundantes degebant, Gergesaei, Iebusaei, aliaeque aliis discretae nomi-

ματα ἔχοντα, οἷς δὴ αὐτὰ ἡ τῶν Ἑβραίων ἱστορία καλεῖ. οὗτος ὁ λαὸς ἐπεὶ ἄμαχόν τι χρῆμα τὸν ἐπηλύτην στρατηγὸν εἶδον, ἐξ
P 258 ἠθῶν τῶν πατρίων ἐξαναστάντες ἐπ' Αἰγύπτου ὁμόρου οὔσης ἐχώρησαν. ἔνθα χῶρον οὐδένα σφίσιν ἱκανὸν ἐνοικήσασθαι εὑρόντες, ἐπεὶ ἐν Αἰγύπτῳ πολυανθρωπία ἐκ παλαιοῦ ἦν, ἐς Λιβύην ἐστάλησαν. πόλεις τε οἰκίσαντες πολλὰς ξύμπασαν Λιβύην μέχρι στηλῶν τῶν Ἡρακλέους ἔσχον, ἐνταῦθά τε καὶ ἐς ἐμὲ τῇ Φοινίκων φωνῇ χρώμενοι ᾤκηνται. ἐδείμαντο δὲ καὶ φρούριον ἐν Νουμιδίᾳ πόλει, οὗ νῦν πόλις Τίγισίς ἐστί τε καὶ ὀνομάζεται. ἔνθα στῆλαι δύο ἐκ λίθων λευκῶν πεποιημέναι ἄγχι κρήνης εἰσὶ τῆς μεγάλης, γράμματα Φοινικικὰ ἐγκεκολαμμένα ἔχουσαι τῇ
B Φοινίκων γλώσσῃ λέγοντα ὧδε, ἡμεῖς ἐσμεν οἱ φυγόντες ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ τοῦ λῃστοῦ υἱοῦ Ναυῆ. ἦσαν δὲ καὶ ἄλλα ἔθνη ἐν Λιβύῃ πρότερον ᾠκημένα, οἳ διὰ τὸ ἐκ παλαιοῦ ἐνταῦθα ἱδρῦσθαι αὐτόχθονες εἶναι ἐλέγοντο. καὶ ἀπ' αὐτοῦ Ἀνταῖον, τὸν αὐτῶν βασιλέα, ὃς ἐν Κλιπέᾳ Ἡρακλεῖ ἐπάλαισε, τῆς γῆς υἱὸν ἔφασαν εἶναι. χρόνῳ δὲ ὕστερον καὶ ὅσοι μετὰ Διδοῦς ἐκ Φοινίκης ἀνέστησαν, ἅτε πρὸς ξυγγενεῖς τοὺς ἐν Λιβύῃ ᾠκημένους ἀφίκοντο. οἳ δὴ αὐτοῖς Καρχηδόνα κτίσαι τε καὶ ἔχειν ἐθελούσιοι
C ξυνεχώρησαν. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ἐγένετο ἡ τῶν Καρχηδονίων δύναμις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος. μάχης τε σφίσι γενομένης πρὸς τοὺς ὁμόρους, οἳ πρότεροι, ὥσπερ ἐρρήθη, ἐκ Πα-

5. ἐν om. L. 9. πόλει delet Hoeschelius. 11. ἐγκεκολαμμένα] ἐκκεκολαμμένα HL. 13. Ναυῆ] ναβῆ L. 22. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P.

nibus in Hebraeorum historia. At ubi ducem advenam vinci non posse intellexerunt, relicta patria, in Aegyptum conterminam commigrarunt. Hic loco non invento, qui sedes ipsis satis laxas praeberet, quod iam ab aevo longinquo frequens populis Aegyptus esset, in Africam concesserunt: quam totam usque ad columnas Herculeas obtinuerunt, multisque urbibus conditis, frequentarunt. Phoenicum lingua etiamnum utuntur incolae. Castellum quoque struxerunt in urbe Numidia: ubi est urbs, iam dicta Tigisis. Ibi ad fontem uberrimum columnae e lapide candido visuntur duae, quae incisam Phoenicum literis et verbis sententiam hanc servant: *Nos ii sumus, qui fugimus a facie Iesu latronis filii Naue.* Ante horum adventum colebant Africam alii populi; qui quod ibi iam inde antiquitus habitassent, regionis soboles vocabantur. Hinc perhibent terrae filium fuisse Antaeum, ipsorum regem, qui Clipeae cum Hercule luctatus est. Post etiam qui e Phoenicia cum Didone migrarunt, ad colonos Africae, tanquam consanguineos, se contulerunt, atque ipsis volentibus, Carthaginem condiderunt tenueruntque. Procedente tempore, Carthaginenses opibus numeroque aucti mirum in modum, vicinos, qui primi, quemadmo-

λαιστίνης ἀφίκοντο καὶ τὰ νῦν Μαυρούσιοι καλοῦνται, ἐκράτησάν τε αὐτῶν οἱ Καρχηδόνιοι καὶ ὡς ἀπωτάτω οἰκεῖν Καρχηδόνος H 136 ἠνάγκασαν. ἔπειτα δὲ Ῥωμαῖοι πάντων καθυπέρτεροι τῷ πο- V 401 λέμῳ γενόμενοι Μαυρουσίους μὲν ἐς ἐσχατιὰς τῆς ἐν Λιβύῃ οἰκουμένης χώρας ἱδρύσαντο, Καρχηδονίους δὲ καὶ Λίβυας τοὺς ἄλλους κατηκόους σφίσιν ἐς φόρου ἀπαγωγὴν ἐποιήσαντο. ὕστερον δὲ οἱ Μαυρούσιοι πολλὰς κατὰ Βανδίλων νίκας ἀνελόμενοι D Μαυριτανίαν τε τὴν νῦν καλουμένην ἐκ Γαδείρων μέχρι τῶν Καισαρείας ὁρίων τείνουσαν καὶ Λιβύης τῆς ἄλλης τὰ πλεῖστα ἔσχον. τὰ μὲν δὴ τῆς Μαυρουσίων ἐν Λιβύῃ ἐνοικήσεως ταύτῃ πῃ ἔσχε.

ια΄. Σολόμων δὲ τὰ ἐς Ῥουφῖνον καὶ Αἰγᾶν ξυνενεχθέντα ἀκούσας τόν τε πόλεμον ἐν παρασκευῇ ἐποιεῖτο καὶ πρὸς τοὺς Μαυρουσίων ἄρχοντας ἔγραψε τάδε „Ἤδη μὲν καὶ ἄλλοις ἀνθρώπων τισὶν ἀπονενοῆσθαί τε καὶ ἀπολωλέναι τετύχηκεν, οἳ οὐδενὶ πρότερον τεκμηριῶσαι ἔσχον ὅπῃ ποτὲ αὐτοῖς τὰ τῆς ἀπο- P 259 νοίας ἐκβήσεται. ὑμεῖς δὲ, οἷς τὸ παράδειγμα ἐγγύθεν ἐκ τῶν ξυνοίκων ὑμῖν Βανδίλων ἐστὶ, τί ποτε ἄρα παθόντες χεῖράς τε ἀνταίρειν ἔγνωτε βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ καὶ τὴν ὑμῶν αὐτῶν σωτηρίαν προΐεσθε; καὶ ταῦτα ὅρκους τε τοὺς δεινοτάτους ἐν γράμμασι δόντες καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ὑμετέρους τῶν ὡμολογημένων ἐνέχυρα παρεχόμενοι; ἢ ἐπίδειξίν τινα ἐγνώκατε ποιεῖσθαι, ὡς ὑμῖν οὔτε θεοῦ οὔτε πίστεως οὔτε τῆς ξυγγενείας αὐτῆς οὔτε τῆς σωτηρίας οὔτε ἄλλου ὁτουοῦν ἐστί τις λόγος; καίτοι, εἰ τὰ ἐς τὸ

dum dictum est, e Palaestina venerant, et hodie vocantur Mauri, acie fusos, longissime ab urbe Carthagine sibi sedes legere coëgerunt. Dein Romani, omnibus debellatis, extremas oras Africae, habentis hominum domicilia, Mauris assignarunt; Carthaginenses caeterosque Afros stipendiarios habuerunt. Denique Mauri, Vandalis saepe victis, quam appellant nunc Mauritaniam, a Gadibus ad Caesareae limites pertinentem, et reliquae Africae partem maximam occuparunt. Hactenus de sedibus Maurorum in Africa.

11. Iam vero Salomon, de Rufini casu atque Aiganis certior factus, dum bellum parat, has ad duces Maurorum literas dedit. *Amentes quidem alios quosdam vidit humanum genus, qui in exitium ruerint, cum nihil, ex quo vecordiae suae exitum coniicerent, praecessisset. At vos, Vandalorum, qui communem vobiscum regionem habuerunt, propinquo exemplo monitos, quae tanta cepit insania, ut vestrae salutis prodigi, in magnum Imperatorem arma capere non sitis veriti: idque post iusiurandum gravissimum literis consignatum, post datos pactorum obsides liberos vestros? Num vobis propositum est, palam omnibus facere, apud vos nec Deum, nec fidem, nec propinquitatem, neque aliud quidquam valere? Quod si ita numen co-*

θεῖον ὑμῖν οὕτως ἤσκηται, τίνι ξυμμάχῳ πιστεύοντες ἐπὶ τὸν Ῥωμαίων βασιλέα χωρεῖτε; εἰ δὲ τοὺς παῖδας ἀπολοῦντες στρα-
B τεύεσθε, τί ποτέ ἐστιν ὑπὲρ ὅτου κινδυνεύειν βεβούλησθε; ἀλλ' εἰ μὲν ἤδη τις εἰσῆλθεν ὑμᾶς τῶν φθασάντων μετάμελος, γράψατε ὅπως ὑμῖν εὖ τὰ πεπραγμένα θησόμεθα· εἰ δὲ τὸ τῆς ἀπονοίας ὑμῖν οὔπω λελώφηκε, δέξασθε Ῥωμαϊκὸν πόλεμον μετὰ τῶν ὅρκων, οἷς ἐλωβήσασθε, καὶ τῆς ἐς τοὺς παῖδας τοὺς ὑμετέρους ἀδικίας ὑμῖν προσιόντα." τοσαῦτα μὲν Σολόμων ἔγραψεν. οἱ δὲ Μαυρούσιοι ἀπεκρίναντο ὧδε „Βελισάριος μὲν ἐπαγγελίαις μεγάλαις ἡμᾶς περιελθὼν ἔπεισε βασιλέως Ἰουστινιανοῦ κατηκόους εἶναι· Ῥωμαῖοι δὲ τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν οὐδενὸς μεταδόντες λιμῷ πιεζομένους ἠξίουν φίλους τε ἡμᾶς καὶ ξυμμάχους ἔχειν. ὥστε εἰκότως ἂν μᾶλλον ὑμῖν ἢ Μαυρουσίοις τὸ μὴ πιστοῖς καλεῖσθαι προσήκει. λύουσι γὰρ τὰς σπονδὰς οὐχ ὅσοι ἀδικούμε-
C νοι ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς τῶν πέλας κατηγοροῦντες ἀφίστανται, ἀλλ' ὅσοι ὑποσπόνδους ἔχειν ἀξιοῦντές τινας εἶτα βιάζονται. καὶ τὸν θεὸν πολέμιον σφίσι ποιοῦνται οὐχ οἳ ἂν τὰ σφέτερα αὐτῶν κομιούμενοι ἐφ' ἑτέρους χωροῖεν, ἀλλ' ὅσοι τῶν ἀλλοτρίων ἐπιβατεύοντες ἐς κίνδυνον πολέμου καθίστανται. παίδων μέντοι ἕνεκεν ὑμῖν μελήσει, οἷς μίαν ἄγεσθαι γυναῖκα ἀνάγκη· ἡμᾶς γάρ, οἷς καὶ κατὰ πεντήκοντα, ἂν οὕτω τύχοι, ξυνοικοῦσι γυναῖκες, παίδων οὐκ ἄν ποτε ἐπιλείποι γονή."

5. ὑμῖν εὖ — ἀπονοίας addidi ex A. Maltreto, qui haec sic interpolavit, γράψατε· εἰ δὲ ἄγος ὑμῖν οὔπω — veriorem viam monstrare poterat RV interpretatio, *nos certiores per litteras facite, ut ea bene vobiscum agendo transigamus. Si autem temeritatis non adhuc piget* —. 6. δέξασθε] δέξαισθε L. 21. ξυνοικοῦσι] συνοικοῦσι L.

litis, cuiusnam freti auxilio Imperatorem Romanum invaditis? Si belli susceptione perditis filios, quid tandem est, cuius causa in discrimen vos offeratis? Agite vero, ac si vos ante actorum poenitet, id per literas renuntiate. Si vester sceleratus furor nihil remisit, Martem Romanum accipite, ad vos venientem cum sacramento, quod violastis, et cum iniuria, qua liberos vestros afficitis. Haec Salomon: cui Mauri sic rescripsere. *Belisarius quidem nos, promissis magnificis circumventos, in Iustiniani Aug. ditionem pellexit. Romani vero, nos beneficentiae expertes omnino factos ac fame pressos, amicos et socios habere volunt. Ex quo apparet perfidiae notam vobis convenire, non Mauris. Sunt enim foedifragi, non qui deficiunt a vicinis, aperte convictis iniuriae, sed qui violant foederatos: neque odium Dei suscipiunt, qui alios adoriuntur, sua recepturi, sed qui bellum committunt, involantes in aliena. Vos porro moveat sobolis cura, quibus unam tantum uxorem ducere licet: nos qui quinquaginta, si fors ita ferat, nobis adiungimus, nunquam proles deficiet.*

Ταῦτα ἀναλεξαμένῳ Σολόμωνι τὸ στράτευμα ὅλον ἐπὶ Μαυ-
ρουσίους ἐπάγειν ἔδοξε. διαθέμενός τε τὰ ἐν Καρχηδόνι πρά-
γματα, παντὶ τῷ στρατῷ ἐς Βυζάκιον ᾔει. γενόμενος δὲ ἐς Μάμ-
μης τὸ χωρίον, ἔνθα δὴ οἱ τέτταρες τῶν Μαυρουσίων ἄρχοντες D
ἐστρατοπεδεύσαντο, ὧν ὀλίγῳ πρότερον ἐπεμνήσθην, χαράκωμα
ἐποιήσατο. ὄρη δέ ἐστιν ἐνταῦθα ὑψηλὰ καὶ χωρίον ὁμαλὲς ἐς
τὸν πρόποδα τῶν ὀρῶν, ἔνθα οἱ βάρβαροι παρασκευασάμενοι
ἐπὶ μάχην ἐποιοῦντο τὴν παράταξιν ὧδε. κύκλον ἐκ τῶν καμή-
λων ταξάμενοι, ὅπερ καὶ τὸν Καβάωνα ἐν τοῖς ἔμπροσθε λόγοις
εἰργάσθαι ἐρρήθη, κατὰ δύο καὶ δέκα μάλιστα τοῦ μετώπου βά-
θος ἐποίουν. καὶ γυναῖκας μὲν ξὺν τοῖς παισὶν ἐς παράταξιν
ἐπάγεσθαι νόμος ὀλίγας, τὰς δὲ πλείους κατέθεντο τοῦ κύκλου
ἐντός· αἵπερ αὐτοῖς χαρακώματά τε καὶ καλύβας ποιοῦνται, καὶ
ἱπποκομοῦσιν ἐμπείρως, καὶ τῶν τε καμήλων τῆς τε τροφῆς ἐπι-
μελοῦνται· καὶ θήγουσαι τὰ τῶν ὅπλων σιδήρια πολλοὺς σφίσι P 260
παραιροῦνται τῶν ἐν ταῖς παρατάξεσι πόνων· αὐτοὶ δὲ πεζοὶ ἐς V 402
μέσους τῶν καμήλων τοὺς πόδας ἵσταντο, ἀσπίδας τε καὶ ξίφη
ἔχοντες καὶ δοράτια, οἷς ἀκοντίζειν εἰώθασι. τινὲς δὲ αὐτῶν ἐν
τοῖς ὄρεσιν ἔχοντες τοὺς ἵππους ἡσύχαζον. Σολόμων δὲ τὸ μὲν H 137
ἥμισυ τοῦ Μαυρουσίων κύκλου, ὃ πρὸς τῷ ὄρει ἐτύγχανεν ὄν,
ἀφῆκεν, οὐδένα ἐνταῦθα καταστησάμενος. ἔδεισε γὰρ μὴ κα-
τιόντες τε οἱ ἐν τῷ ὄρει πολέμιοι καὶ οἱ ἐν τῷ κύκλῳ ἐπιστρεφό-

10. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P. *ibid.* κατὰ] καὶ τὰ L. 12. ὀλίγας — ἐντὸς om. RV. *ibid.* τὰς δὲ πλείους HmP ex coniectura Scaligeri. Libri omnes τοῖς δὲ πλείοσι.

Haec postquam Salomon legit, universum exercitum in Mauros ducendum censuit. Itaque rebus Carthagine in tuto positis, cum omnibus copiis Byzacium petiit. Simul ut Mammam attigit, ubi quatuor, quos paulo supra recensui, Maurorum duces castra posuerant, vallum duxit. Sunt illic montes excelsi: radicibus planities adiacet; in qua Barbari, ad pugnam se accingentes, sic aciem instituerunt. Frontis altitudo duodenis camelorum in orbem dispositorum ordinibus ad eum fere modum constabat, quem a Cabaone servatum in superiore libro narravimus. Est autem hoc in more positum, ut feminas cum pueris paucas in aciem accipiant inserantque ordinibus: maximam partem in medio collocent. Eae valla ac tuguria construunt, equos scienter curant, camelos alunt, acuunt arma, sic, ut viros magna parte bellici laboris levent. Ipsi pedites inter camelorum pedes stabant, clypeis gladiisque instructi, necnon hastilibus, quae vibrare solent. Nonnulli equites in montibus se continebant. At Salomon orbiculatae Maurorum phalangis dimidiam partem, quae montem spectabat, tentare nolens, neminem illi opposuit. Quippe verebatur ne hostes, qui iugum insederant, degrederentur, et qui orbem fecerant, se

μενοι ἀμφιβόλους ἐν τῇ παρατάξει τοὺς ἐκείνῃ ταττομένους ποιήσωνται. ἐς δὲ τοῦ κύκλου τὸ λειπόμενον ὅλον ἀντιτάξας τὸ στράτευμα, ἐπειδὴ αὐτῶν τοὺς πολλοὺς εἶδε πεφοβημένους τε καὶ μὴ
B θαρσοῦντας, διὰ τὰ ἐς Αἰγᾶν τε καὶ Ῥουφῖνον ξυνενεχθέντα, βουλόμενος ὑπόμνησιν αὐτοῖς ποιήσασθαι τοῦ θαρσεῖν ἔλεξε τοιάδε

„Ἄνδρες οἱ Βελισαρίῳ ξυστρατευσάμενοι, μηδεὶς ὑμᾶς τῶν ἀνδρῶν τῶνδε φόβος εἰσίτω, μηδὲ, εἰ Μαυρούσιοι κατὰ μυριάδας πέντε συνειλεγμένοι Ῥωμαίων ἤδη πεντακοσίων ἐκράτησαν, τοῦτο ὑμῖν ἐν παραδείγματος μοίρᾳ γινέσθω. ἀλλ' ἀναμνήσθητε μὲν τῆς ἀρετῆς τῆς ὑμετέρας, ἐκλογίζεσθε δὲ ὡς Βανδίλοι μὲν Μαυρουσίων ἐκράτουν, ὑμεῖς δὲ Βανδίλων ἀκονιτὶ κύριοι τῷ πολέμῳ γεγένησθε, καὶ ὡς τοὺς τῶν μειζόνων κεκρατηκότας παρὰ τῶν καταδεεστέρων πεφοβῆσθαι οὐ δίκαιον. καίτοι πάντων ἀν-
C θρώπων ἐς ἀγῶνα πολέμου φαυλότατον εἶναι δοκεῖ τὸ Μαυρουσίων ἔθνος. γυμνοί τε γάρ οἱ πλεῖστοί εἰσι καὶ αὐτῶν ὅσοι ἀσπίδας ἔχουσι, βραχείας τε ταύτας καὶ οὐκ εὖ πεποιημένας οὐδὲ ἀπωθεῖσθαι τὰ προσιόντα δυναμένας προβέβληνται. καὶ τὰ δύο ταῦτα δοράτια ἀπορρίψαντες, ἢν μή τι δράσωσιν, αὐτόματοι ἐς φυγὴν τρέπονται. ὥστε πάρεστιν ὑμῖν τὴν πρώτην φυλαξαμένοις τῶν βαρβάρων ὁρμὴν ἀνελέσθαι οὐδενὶ πόνῳ τὸ τοῦ πολέμου κράτος. τῆς δὲ ὑμετέρας ὁπλίσεως ἡλίκον πρὸς τοὺς ἐναντίους

3. *μὴ θαρσ.*] *μὴ* om. HL: unde *ῥαθυμοῦντας* aut *ἀθυμοῦντας* coniicit Hoeschelius. 7. *ξυστρατευσάμενοι*] *ξυνστρατευσάμενοι* HL. 12. *ἀκονιτὶ*] *ἀκοντὶ* HL: *ἴσ. ἀκονιτὶ* Hm. 13. *γεγένησθε* L. *γεγένεσθε* H. *ἐγένεσθε* P. *ibid.* *παρὰ* Hm. *περὶ* HP. 16. *οἱ πλεῖστοι*] *οἱ* om. L. 18. *προβέβληνται*] *προβέβληται* L.

converterent, eosque interciperent, utrinque telis obnoxios in conflictu, quos ibi ipse collocasset. Coronae reliquae obiecit copias omnes: in quibus multos animadvertens Aiganis et Rufini casu territos, ac sibi diffidentes, ut commonendo relevaret animos, oratione hac usus est.

Belisarii in bello comites, nolite istos timere, neque in exemplum aut praeiudicium victoriam trahere, quam modo quinquaginta Maurorum millia e quingentis Romanis retulerunt. Sed virtutis memores vestrae, id cogitate, Maurorum victores Vandalos, a vobis sine pulvere ac sudore devictos, in ius et potestatem vestram venisse, nec consentaneum esse, ut fortiorum domitores ab infirmioribus terreantur. Nec vero ulla est natio tam male ad dimicandum comparata, quam Mauri. Nudi enim plerique sunt: nec quisquam scutum gerit, nisi admodum breve, male compactum, nec missilibus repellendis idoneum. Duo gerunt spicula; quibus intortis, si frustra fuerint, statim se in fugam coniiciunt: ita ut, ubi primum Barbarorum impetum eluserimus, certa ac facilis nos victoria maneat. Satis au-

τὸ διαλλάσσον ἐστὶν, ὁρᾶτε δήπου. καὶ τούτων ἔξω, ψυχῶν μὲν ἀρετὴ καὶ σωμάτων ἀλκὴ καὶ πολέμων ἐμπειρία καὶ τὸ θαρσεῖν, διὰ τὸ πάντας ἤδη νενικηκέναι τοὺς πολεμίους, ὑμῖν πρόσεστιν· οἱ δὲ Μαυρούσιοι τούτων ἁπάντων ἐστερημένοι μόνῳ τῷ σφῶν αὐτῶν ὁμίλῳ πιστεύουσι. ῥᾷον δὲ ὀλίγοι ὡς ἄριστα D παρεσκευασμένοι πλῆθος οὐκ ἀγαθῶν τὰ πολέμια νικῶσιν ἀνθρώπων ἢ πρὸς αὐτῶν ἡσσῶνται. τῷ μὲν γὰρ ἀγαθῷ στρατιώτῃ τὸ θαρσεῖν ἐφ' ἑαυτῷ πάρεστι, τῷ δὲ ἀνάνδρῳ τὸ τῶν συντεταγμένων πλῆθος ἐς ἐπισφαλῆ στενοχωρίαν ὡς τὰ πολλὰ περιίσταται. καὶ μὴν καὶ καμήλων τῶνδε ὑμᾶς ὑπερφρονεῖν ἄξιον, αἳ οὔτε ἀμύνειν τοῖς πολεμίοις οἷαί τέ εἰσι καὶ πληγεῖσαι, ὡς τὸ εἰκὸς, μείζονος ταραχῆς τε καὶ ἀταξίας αἴτιαι τούτοις γενήσονται. καὶ τὸ προπετὲς, ὃ διὰ τὸ πρότερον εὐημερῆσαι οἱ πολέμιοι κέκτηνται, ὑμῖν ξυναγωνιεῖσθαι ξυμβήσεται. τόλμα γὰρ τῇ μὲν δυνάμει ξυμμετρουμένη τάχα τι καὶ τοὺς αὐτῇ χρωμένους ὀνήσει, ὑπεραίρουσα δὲ ταύτην ἐς κίνδυνον ἄγει· ὧν ἐνθυμούμενοι καὶ τῶν πολεμίων καταφρονοῦντες σιγήν τε καὶ κόσμον ἀσκεῖτε· τούτων γὰρ P 261 ἐπιμελόμενοι ῥᾷόν τε καὶ ἀπονώτερον τῆς τῶν βαρβάρων ἀκοσμίας κρατήσομεν." τοσαῦτα μὲν Σολόμων εἶπεν.

Οἱ δὲ τῶν Μαυρουσίων ἄρχοντες ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ τοὺς βαρβάρους καταπεπληγμένους τὴν Ῥωμαίων εὐκοσμίαν εἶδον, βουλόμενοι αὐτῶν τὸ πλῆθος ἐπὶ τὸ θαρσεῖν αὖθις ἀντικαθιστά-

7. ἡσσῶνται L. ἡσσοῦνται P. 12. ταραχῆς τε] τε om. L. 17. σιγήν A. σιγῇ P. *ibid.* κόσμον — ῥᾷόν τε καὶ addidi ex A. *Silentium simul et ordinem praestate* RV, qui sequentia τούτων — κρατήσομεν non expressit.

tem videtis ipsi quantum inter vestram et hostilem armaturam intersit. Praeterea animi vis, corporis robur, bellorum usus, ac reportatis e cunctis hostibus victoriis fulta fiducia vobis suppetunt. Quibus Mauri adminiculis plane destituti, nulla re, nisi copiarum numero suarum fidunt. At pauci, optime instructi, imbellem multitudinem facilius profligant, quam eius impressione franguntur. Etenim boni militis confidentia sita in ipso est: ignavum illa, qua fidit, commilitonum multitudo in periculosas angustias plerumque redigit. Denique vobis cameli isti ridendi sunt, qui nec hostem prohibere valent, et saucii, maiorem, ut liquet, perturbationem ipsis confusionemque parient. Quin illa ipsa praeceps alacritas, quae hosti ex pristino successu nascitur, nobis favebit ac militabit. Sumpta quidem pro virium modo audacia, eos forte, quos agit, nonnihil iuverit: sed quae viribus maior est, in discrimen adducit. Dictorum memores, atque hostem ducentes infra nos, incompositam Barbarorum aciem silentio ac leviori opera proteremus. Hactenus Salomon.

Vicissim Maurorum duces, cum Barbaros praeclara Romanorum dispositione attonitos viderent, ut animos revocarent, ita hortati sunt. *Hu-*

ναι, τοιάδε παρεκελεύσαντο „Ὡς μὲν ἀνθρώπεια Ῥωμαῖοι σώματα ἔχουσι καὶ οἷα σιδήρῳ πλησσόμενα εἴκειν μεμαθήκαμεν, ὦ ξυστρατιῶται, οἷς αὐτῶν ἔναγχος τοὺς πάντων ἀρίστους πῆ μὲν καταχωσθέντας τοῖς δόρασι τοῖς ἡμετέροις ἐκτείναμεν, πῆ δὲ ἁρπάσαντες δοριαλώτους ἡμῶν αὐτῶν πεποιήμεθα. τούτων δὲ
B τοιούτων ὄντων, ὡς καὶ νῦν αὐτῶν τῷ πλήθει παρὰ πολὺ προέχειν αὐχοῦμεν, ὁρᾶν πάρεστι. καὶ μὴν καὶ ὑπὲρ τῶν μεγίστων ἡμῖν ὁ ἀγών ἐστιν, ἢ Λιβύης ἁπάσης κυρίοις εἶναι, ἢ τοῖς ἀλαζόσι τούτοις δουλεύειν. ὥστε ἡμῖν ἀνάγκη ὡς μάλιστα ἐν τῷ παρόντι ἀνδραγαθίζεσθαι. οἷς γὰρ ὑπὲρ τῶν ὅλων ὁ κίνδυνος, μὴ οὐχὶ εὐψυχοτάτοις εἶναι ἀξύμφορον. τῆς δὲ τῶν πολεμίων ὁπλίσεως ὑπερφρονεῖν ἡμᾶς προσήκει: ἤν τε γὰρ πεζῇ ἐφ' ἡμᾶς ἴωσιν, οὐκ εὐσταλεῖς ἔσονται, ἀλλ' ἡσσηθήσονται τοῦ Μαυρουσίων τάχους, καὶ τὴν ἵππον αὐτοῖς ἥ τε τῶν καμήλων ὄψις ἐκπλήξασα καὶ τὸν ἄλλον τοῦ πολέμου θόρυβον ἡ τούτων κραυγὴ
V 403 ὑπερηχοῦσα ἐς ἀταξίαν, ὥς γε τὸ εἰκός, καταστήσεται. καὶ τὴν
C ἐς Βανδίλους νίκην εἴ τις ἐκλογιζόμενος ἀνανταγωνίστους αὐτοὺς
H 138 οἴεται εἶναι, γνώμης ἁμαρτάνει. ἡ μὲν γὰρ τοῦ πολέμου ῥοπὴ τῇ τοῦ στρατηγοῦντος ἀρετῇ κρίνεσθαι πέφυκε· Βελισάριον δέ, ὃς τῆς Βανδίλων ἐπικρατήσεως αἰτιώτατος γέγονεν, ἐκποδὼν νῦν ἡμῖν ἑστηκέναι πεποίηκε τὸ δαιμόνιον. ἄλλως τε καὶ ἡμεῖς Βανδίλους πολλάκις νενικηκότες, περιελόντες τε τὴν αὐτῶν δύναμιν, ἑτοιμότερόν τε καὶ ἀπονώτερον Ῥωμαίοις τὸ κατ' αὐτῶν πεποιή-

4. καταχωσθέντας L. καταχωθέντας P. 5. δοριαλώτους] δορυαλώτους P.

mana ac ferro penetrabilia corpora Romanorum esse didicimus nuper, commilitones: cum lectissimos, partim confossos hastis nostris, peremimus, partim captos servituti addiximus. Quae quidem ita sunt; at videre etiam est, quam vere gloriemur multo maiori numero copiarum. Accedit quod maximi momenti res agitur in hac pugna, utrum scilicet universae domini Africae futuri simus, an contra arrogantium illorum servi. Nunc igitur, ut cum maxime, viribus animoque usus. Nam qui de rerum summa dimicant, nisi rem fortissime gesserint, damnum gravissimum contrahunt. Illa autem hostium armatura vestro digna contemptu est. Si in nos pedibus invadant, armis gravioribus praepediti, Maurica celeritate vincentur: si equites accedant, equos cameli vel aspectu terrebunt, ac pleniori sono strepitum fremitumque praelii superantes, Romanam aciem procul dubio turbabunt. Iam si quis e victoria Vandalica coniicit esse illos invictos, is profecto fallitur. Etenim momenta belli virtute ducis librari solent. At nunc fortuna Belisarium, cui maxime victoria illa ascribenda est, a nobis procul amovit. Quanquam et nos, victis saepe Vandalis ac minutis eorum viribus, faciliorem et proniorem viam ad victoriam Romanis muniimus: quos,

μεθα κράτος. καὶ νῦν δὲ πολεμίων τῶνδε κρατήσειν, ἢν τῷ ἔργῳ ἀνδραγαθίζησθε, ἐλπίδα ἔχομεν."

Τοσαῦτα καὶ οἱ Μαυρουσίων ἄρχοντες παρακελευσάμενοι τῆς ξυμβολῆς εἴχοντο. καὶ τὰ μὲν πρῶτα πολλὴ ἀκοσμία ἐς τὸ Ῥωμαίων στράτευμα ἐγεγόνει. οἱ γὰρ ἵπποι αὐτοῖς τῇ τε κραυγῇ καὶ τῇ ὄψει τῶν καμήλων ἀχθόμενοι ἀνεχαιτίζόν τε καὶ ἀπορριπτοῦντες τοὺς ἐπιβάτας οὐδενὶ κόσμῳ οἱ πλεῖστοι ἔφευγον. καὶ D ἐν τούτῳ ἐπεκδρομὰς ποιούμενοι οἱ Μαυρούσιοι καὶ τὰ δοράτια, ὅσα σφίσιν ἐν ταῖς χερσὶν ἦν, ἀκοντίζοντες, θορύβου τε αὐτῶν ἐμπίπλασθαι τὸ στράτευμα ἐποίουν καὶ οὔτε ἀμυνομένους οὔτε ἐν τάξει μένοντας ἔπλησσον. ὕστερον δὲ Σολόμων, κατιδὼν τὰ πρασσόμενα, ἔκ τε τοῦ ἵππου ἀποθρώσκει πρῶτος καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἐς τοῦτο ἐνάγει. καὶ ἐπειδὴ ἀπέβησαν, τοῖς μὲν ἄλλοις ἐνετέλλετο ἡσυχάζουσι καὶ τὰς ἀσπίδας προβαλλομένοις, δεχομένοις τε τὰ παρὰ τῶν πολεμίων πεμπόμενα ἐν τῇ τάξει μένειν· αὐτὸς δὲ στρατιώτας οὐχ ἧσσον ἢ πεντακοσίους ἐπαγόμενος ἐς τὴν τοῦ κύκλου ἐπέσκηψε μοῖραν. οὓς δὴ τὰ ξίφη ἀνελομέ- P 262 νους ἐκέλευε τὰς καμήλους, αἳ ταύτῃ ἑστήκεσαν, κτείνειν. τότε Μαυρούσιοι μέν, ὅσοι ἐκείνῃ ἐτετάχατο, ἐς φυγὴν ὥρμηντο, οἱ δὲ ξὺν τῷ Σολόμωνι κτείνουσι καμήλους ἀμφὶ διακοσίας, αὐτίκα τε ὁ κύκλος, ἐπεὶ αἱ κάμηλοι ἔπεσον, ἐσβατὸς Ῥωμαίοις ἐγένετο. καὶ αὐτοὶ μὲν δρόμῳ ἐς τὸ τοῦ κύκλου μέσον ἐχώρουν, ἔνθα αἱ Μαυρουσίων γυναῖκες ἐκάθηντο· οἱ δὲ βάρβαροι ἐκπεπληγμένοι

1. ἢν] ἢ HL. εἰ P. 2. ἀνδραγαθίζησθε] ἀνδραγαθίζεσθε L. —εσθαι L corr. 4. εἴχοντο] εἶχον L. εἴχοντο L corr. 10. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P.

iam nobis hostes, ut equidem speramus, vincemus; si modo fortiter depugnabitis.

Ita suos hortati Maurorum duces, pugnam capessunt. Ac primo quidem congressu, Romanae turmae non parum turbatae sunt. Nam equi camelorum fremitu aspectuque efferati, retrectando, se efferebant, ac plerique, excussis sessoribus, confuse fugiebant. Hic erumpere Mauri, incurrere, hastilia, quotquot ad manum habent, vibrare, hostilem aciem tumultu caeco implere, et adversarios nil repugnantes emotosque ordinibus impune configere. Conspicatus haec Salomon, primus ex equo desilit, idemque omnes ut faciant admonet: quibus ad pedes degressis, eorum quidem parti imperat, ut presso gradu praetentisque clypeis missilia hostium excipiant atque ordines servent: ipse vero assumptis non minus quingentis militibus, in coronae partem impetum facit, eosque districtis ensibus stragem dare camelis ibi stantibus iubet. Tum fugere omnes Mauri, quicunque ibidem locati fuerant. Illi vero cum Salomone cc. circiter camelos conficiunt: quibus stratis, ruptus orbis viam Romanis praebuit. Hi statim cursu petere meditullium, ubi coniuges Maurorum sede-

ἐς τὸ ὄρος, ὅπερ ἄγχιστα ἦν, ἀποχωροῦσι, φεύγοντάς τε αὐτοὺς ξὺν πάσῃ ἀκοσμίᾳ ἐπισπόμενοι Ῥωμαῖοι ἔκτεινον. καὶ λέγονται Μαυρουσίων μύριοι ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ ἀποθανεῖν. γυναῖκές τε B πᾶσαι ξὺν τοῖς παισὶν ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ἐγένοντο. καὶ καμήλους οἱ στρατιῶται πάσας, ὅσας οὐκ ἔκτειναν, ἐληίσαντο. οὕτω τε Ῥωμαῖοι μὲν ξὺν πάσῃ τῇ λείᾳ ἐς Καρχηδόνα ᾔεσαν, τὴν ἐπινίκιον ἑορτὴν ἄξοντες.

ιβ΄. Οἱ δὲ βάρβαροι θυμῷ χρώμενοι πανδημεὶ ἐπὶ Ῥωμαίους αὖθις, οὐδένα σφῶν ἀπολιπόντες, ἐστράτευσαν, καὶ καταθεῖν τὰ ἐν Βυζακίῳ χωρία ἤρξαντο, οὐδεμιᾶς ἡλικίας τῶν C σφίσι παραπιπτόντων φειδόμενοι. ἄρτι τε Σολόμωνι ἐς Καρχηδόνα ἐληλακότι βάρβαροι πλήθει μεγάλῳ ἐς Βυζάκιον ἐληλυθέναι καὶ ληίζεσθαι πάντα τὰ ἐκείνῃ ἠγγέλλοντο. ὅρας οὖν κατὰ τάχος παντὶ τῷ στρατῷ ἐπ' αὐτοὺς ᾔει. γενόμενος δὲ ἐν Βουργάωνι, ἔνθα οἱ πολέμιοι ἐστρατοπεδεύσαντο, ἡμέρας μέν τινας ἀντεκάθητο, ὅπως, ἐπειδὰν τάχιστα ἐν τῷ ὁμαλεῖ γένωνται οἱ Μαυρούσιοι, τῆς ξυμβολῆς ἄρχοι. ὡς δὲ ἐκεῖνοι ἐν τῷ ὄρει ἔμενον, διεῖπέ τε ὡς ἐς μάχην καὶ διεκόσμει τὸ στράτευμα, οἱ δὲ Μαυρούσιοι ἐς μὲν τὸ πεδίον ἥκιστα Ῥωμαίοις τὸ λοιπὸν ἐς μά- D χην ἰέναι διενοοῦντο (ἤδη γὰρ αὐτοὺς ἄμαχόν τι δέος ἐσῄει), ἐν δὲ τῷ ὄρει ἤλπιζον ῥᾷον περιέσεσθαι αὐτῶν τῷ πολέμῳ. ἔστι δὲ τὸ ὄρος Βουργάων ἐπὶ πλεῖστον μὲν ἀπότομον καὶ τὰ πρὸς ἀνί-

6. ξὺν πάσῃ] ξυμπάσῃ L. 21. ῥᾷον — πολέμῳ addidi ex A. 22. Βουργάων om. L.

bant: pavidi Barbari ad vicinum montem evadere: consternatis in fugam instare, et inferre necem Romani. In eo praelio decem Maurorum millia concidisse fama est. Captae cum pueris feminae omnes, et in servitutem redactae sunt: cameli, quibus ferrum pepercerat, in manus venere militum. Itaque Romani cum omni praeda Carthaginem redierunt, diem festum victoriae causa celebraturi.

12. Irritati Barbari, conflatis ex universa gente, nemine praetermisso, copiis, bellum in Romanos instaurant, et incursare Byzacium incipiunt, obvios quosque, sine ullo aetatis discrimine sternentes ferro. Carthaginem vix intraverat Salomon, cum venit nuntius, Barbaros magno numero in Byzacium irrupisse, ibique omnia depopulari. Ille e vestigio cum exercitu universo movet, eoque properat. Burgaonem, ubi hostes metati erant, cum attigisset, per dies aliquot e regione consedit, paratus, simul ac Mauri in planum devenissent, praelium committere. At illi in monte haerebant. Tum ipse aciem ad pugnam instruit ordinatque. Verum animis obstinaverant Mauri nunquam in campo cum Romanis decernere, et formidine gravissima correpti, in monte spem habebant repositam. Est mons Burgaon plurimis in locis abruptus, et qua ad Orien-

σχοντα ἥλιον δεινῶς ἄβατον, τὰ δὲ πρὸς ἑσπέραν εὐέφοδόν τε καὶ ὑπτίως ἔχον. καὶ σκοπέλω ὑψηλὼ δύο ἀνέχετον νάπην τινὰ ἐν μέσῳ σφῶν ἐργαζομένω, στενὴν μὲν κομιδῇ, ἐς βάθος δέ τι V 404 ἄβατον κατατείνασαν. οἱ δὲ βάρβαροι τὴν μὲν ἄκραν τοῦ ὄρους ἀπέλιπον ἀνδρῶν ἔρημον, οὐδὲν ἐνθένδε πολέμιον οἰόμενοι σφίσιν ἔσεσθαι· ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἀμφὶ τὸν πρόποδα χῶρον ἔλιπον, οὗ δὴ εὐπρόσοδος ὁ Βουργάων ἦν. κατὰ δὲ τὰ μέσα στρατοπε- P 263 δευσάμενοι ἔμενον, ὅπως, ἢν οἱ πολέμιοι ἐπὶ σφᾶς ἀνιόντες μάχης ἄρξωσιν, αὐτοὶ ἤδη ὕπερθεν ἐκείνων γινόμενοι κατὰ κορυφὴν βάλλωσιν. ἦσαν δὲ αὐτοῖς ἐν τῷ ὄρει καὶ ἵπποι πολλοὶ ἢ ἐς φυγὴν παρεσκευασμένοι, ἢ ἐς τὴν δίωξιν, ἢν τῆς μάχης κρατήσωσι.

Σολόμων δὲ, ἐπεὶ εἶδε τοὺς Μαυρουσίους οὐκέτι ἐν τῷ ὁμαλεῖ ἐθέλοντας διαμάχεσθαι, καὶ ἅμα τῇ προσεδρείᾳ τὸ Ῥωμαίων στράτευμα ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ ἤχθετο, ἐς χεῖρας ἐλθεῖν τοῖς πολεμίοις ἐν τῷ Βουργάωνι ἠπείγετο. ἰδὼν δὲ τοὺς στρατιώτας κα- H 139 ταπεπληγμένους τῷ τῶν ἐναντίων ὁμίλῳ πολυπλασίῳ ἢ ἐν τῇ προτέρᾳ μάχῃ γεγενημένῳ, ξυγκαλέσας τὸ πλῆθος ἔλεξε τοιάδε B „Τὸ μὲν δέος, ᾧ πρὸς ὑμᾶς οἱ πολέμιοι χρῶνται, οὐχ ἑτέρου τοῦ κατηγόρου δεῖται, ἀλλ᾽ αὐτεπάγγελτον ἐξελήλεγκται τὴν οἴκοθεν ἐπαγόμενον μαρτυρίαν. ὁρᾶτε γὰρ δή που τοὺς ἐναντίους ἐς τόσας μὲν καὶ τόσας μυριάδας ξυνειλεγμένους, οὐ τολμῶντας δὲ ἡμῖν ἐς τὸ πεδίον καταβαίνοντας ξυμβαλεῖν, οὐδὲ πιστεύειν

2. ἀνέχετον] ἀννέχετον A. 16. τῷ om. L. 22. τολμῶντας] τολμοῦντα L.

tem spectat, insuperabilis: ab occasu fere supinus est, facilemque ascensum praebet. Assurgunt in sublime gemini scopuli: qui in spatio interiacente recessum efficiunt valde angustum depressumque in altitudinem inviam. Ac montis quidem verticem nullo praesidio Barbari insiderant, nihil inde hostile metuentes: similiter imum ad radices clivum, ubi mollem ascensum Burgaon habet, reliquerant: medium castris obtinebant; ut si illuc subiret hostis, iniretque certamen, imminentes ipsi ex edito iacularentur. Praesto erant in monte equi plurimi, vel ad maturandam fugam, vel ad hostem insequendum, si vincerent.

Ubi Mauros in plano pugnare nolle, et Rom. exercitui in solitudine considere molestum esse animadvertit Salomon, cum hoste manus in ipso monte Burgaone conferre festinat. Prius tamen quia milites videbat attonitos adversariorum numero, multis maiori, quam ante, partibus, vocata concione, ita disseruit. *Oblatus vobis ab hoste metus neminem, a quo vanitatis arguatur, requirit. Se ipse refellit ultro, per se in se testis locupletissimus. In unum coactas tot myriadas hostium in campum descendere, et nobiscum congredi non audere, nec sibi, sed iniqui loci praesidio fidere videtis. Quocirca nihil iam vobis opus hortatu. Quos enim et res gestae et*

ἐπὶ σφίσιν αὐτοῖς ἔχοντας, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ χωρίου τούτου δυσκολίαν καταφυγόντας. ὥστε ὑμῖν οὐδέ τι ἐγκελεύεσθαι ἐν τῷ παρόντι ἐπάναγκες. οἷς γὰρ τὰ πράγματα καὶ ἡ τῶν πολεμίων ἀσθένεια τὸ θαρσεῖν δίδωσιν, οὐδὲν οἶμαι τῆς ἐκ τῶν λόγων ὠφελείας προσδεῖ. τοσοῦτον δὲ ὑμᾶς ὑπομνῆσαι δεήσει ὡς, ἢν μετὰ τῆς εὐτυχίας καὶ τήνδε τὴν ξυμβολὴν διενέγκωμεν, λελείC ψεται ἡμῖν, Βανδίλων τε νενικημένων καὶ Μαυρουσίων ἐς ταὐτὸ τύχης ἐληλακότων, τῶν Λιβύης ἀγαθῶν ἀπόνασθαι πάντων, οὐδὲν ὅ τι καὶ πολέμιον ἐννοεῖν ἔχουσιν. ὅπως δὲ μὴ κατὰ κορυφὴν ὑμᾶς οἱ πολέμιοι βάλλωσι, μηδέ τι ἐκ τοῦ χωρίου ἡμῖν γίγνοιτο βλάβος, ἐγὼ προνοήσω."

Τοσαῦτα παρακελευσάμενος Σολόμων, Θεόδωρον ἐκέλευεν, ὃς τῶν ἐξκουβιτώρων ἡγεῖτο (οὕτω γὰρ τοὺς φύλακας Ῥωμαῖοι καλοῦσι), πεζοὺς χιλίους ἐπαγαγόμενον ἀμφὶ δείλην ὀψίαν ἔχοντά τε καὶ τῶν σημείων τινὰ ἐς τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον τοῦ Βουργάωνος λάθρα ἀναβῆναι, οὗ μάλιστα δύσοδόν τε τὸ ὄρος καὶ σχεδόν τι ἀπόρευτον ἦν· ἐπιστείλας ὥστε, ἐπειδὰν ἄγχι ἐς τὸν τοῦ ὄρους κολωνὸν ἵκωνται, ἐνταῦθα ἡσυχάζοντας τὸ λοιπὸν D διανυκτερεύειν, ἅμα δὲ ἡλίῳ ἀνίσχοντι καθύπερθεν φαινομένους τῶν πολεμίων καὶ τὰ σημεῖα ἐνδεικνυμένους βάλλειν. ὁ δὲ κατὰ ταῦτα ἐποίει. καὶ ἐπειδὴ πόρρω ἦν τῶν νυκτῶν, διὰ τοῦ κρημνώδους ἐγγὺς τοῦ σκοπέλου ἀφικόμενοι μὴ ὅτι Μαυρουσίους,

2. τι om. L. 6. τήνδε τὴν] τὴν om. L. 9. ἐννοεῖν] ἐν νῷ? 11. βλάβος] βλάβης LHm. 14. ἐπαγαγόμενον] ἐπαγόμενον L. 16. Βουργάωνος] βαργάωνος L. 17. ἄγχι] δὲ Suidas s. v. κολωνός. 18. ἵκωνται] ἥκωνται H. ibid. ἡσυχάζοντας] ἡσυχάζοντες Suidas. 19. δὲ] τε L.

perspecta hostium imbecillitas bono esse animo iubent, verborum subsidio non egere illos existimo. Id unum convenit menti subiicere, si nobis hoc etiam praelium feliciter cesserit, reliquum fore ut omni abiecta belli cogitatione, quippe Mauris pariter ac Vandalis debellatis, Africae bonis et commodis omnibus perfruamur. Caeterum ne telis hostium petamur desuper, neu detrimenti quidquam inde accipiamus, providebo.

His verbis suos hortatus Salomon, Theodorum, ducem excubitorum (sic Romani vigiles vocant) cum peditibus mille et signis aliquot ad illud Burgaonis latus, quod Orienti obversum est, sub noctem mittit, his instructum mandatis: in montem, qua asperrimus est ac propemodum inaccessus, ascendant: ubi ad verticem fere successerint, ibi noctem quieti ducant: primo sole appareant, ex alto hostibus imminentes, signisque elatis, tela coniiciant. Mos imperanti gestus. Nocte intempesta, ad rupem per abrupta evadunt, non Mauris modo, sed Romanis etiam omnibus

ἀλλὰ καὶ Ῥωμαίους ἅπαντας ἔλαθον· ἐς προφυλακὴν γὰρ τῷ λόγῳ ἐστέλλοντο, μή τις ἔξωθεν ἐς τὸ στρατόπεδον κακουργήσων ἴοι· ὄρθρου δὲ βαθέος Σολόμων παντὶ τῷ στρατῷ κατὰ τοῦ Βουργάωνος τὰ ἔσχατα ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἀνέβαινε. καὶ ἐπειδὴ πρωῒ ἐγεγόνει, ἐγγύς τε οἱ πολέμιοι καθεωρῶντο, οὐκέτι γυμνὴν, ὥσπερ τὸ πρότερον, οἱ στρατιῶται τὴν τοῦ ὄρους ὑπερβολὴν ὁρῶντες, ἀλλὰ ἀνδρῶν τε ἀνάπλεων καὶ σημεῖα Ῥωμαϊκὰ ἐνδει- P 264 κνυμένων (ἤδη γὰρ καὶ ὑπέφαινέ τι ἡμέρας) διηποροῦντο. ἐπεὶ δὲ τῶν χειρῶν οἱ ἐν τῇ ἄκρᾳ ἦρχον, οἵ τε Ῥωμαῖοι τὸ στράτευμα οἰκεῖον εἶναι καὶ οἱ βάρβαροι ἐν μέσῳ τῶν πολεμίων γεγονέναι ᾐσθάνοντο, βαλλόμενοι δὲ ἑκατέρωθεν, καὶ οὐ παρὸν σφίσι τοὺς πολεμίους ἀμύνεσθαι, ἐς ἀλκὴν μὲν οὐκέτι ἔβλεπον, ἐς φυγὴν δὲ αὐτίκα ξύμπαντες ὥρμηντο. οὔτε δὲ ἐς τοῦ Βουργάωνος τὴν ὑπερβολὴν ἀναδραμεῖν ἔχοντες, πρὸς τῶν πολεμίων κατεχομένην, οὔτε ἐς τὸ ὁμαλὲς διὰ τοῦ πρόποδος προϊέναι, ἐνθένδε σφίσιν ἐπικειμένων τῶν ἐναντίων, ἔς τε τὴν νάπην καὶ ἐς τῶν σκοπέλων τὸν B ἕτερον δρόμῳ πολλῷ ᾔεσαν, οἱ μὲν αὐτοῖς ἵπποις, οἱ δὲ καὶ πεζῇ. ἅτε δὲ ὅμιλος πολὺς ἐν φόβῳ καὶ θορύβῳ μεγάλῳ φεύγοντες, σφᾶς τε αὐτοὺς ἔκτεινον καὶ ἐς τὴν νάπην βαθεῖαν κομιδῇ οὖσαν ἐπιπίπτοντες ἀεὶ οἱ πρῶτοι ἔθνησκον, τοῖς μέντοι ὄπισθεν ἰοῦσιν οὐ παρείχοντο τοῦ κακοῦ αἴσθησιν. ἐπεὶ δὲ τῶν τεθνεώτων ἵπ- V 405 πων τε καὶ ἀνθρώπων ἡ νάπη ἔμπλεως γενομένη διάβασιν ἐκ τοῦ

1. προφυλακὴν] πρὸς φυλακὴν HL: illud Hm. 8. ὑπερφαίνει AHL: ὑπερέφαινε PHm cum Scaligero. Scribendum erat ὑπέφαινε. 13. Βουργάωνος] Βουργαῶνος Suidas s. v. ὁμαλές.

inscientibus. Nam ita profecti fuerant, quasi irent excubitum ac provisum, ne quis extrinsecus ad castra infestus subreperet. Sub obscuro mane, per extremum Burgaonis clivum cum omnibus copiis subit ad hostes Salomon: quos ut in propinquo prima lux patefecit, ac die postea magis illucescente, montis culmen non iam nudum, ut prius, sed viris Romana signa ostentantibus refertum conspexere milites, suspensis animis haeserunt. Verum inito ab iis, qui cacumen obtinebant, certamine, illos Romani suos esse commilitones, Barbari interceptos se ab hostibus intellexere. Utrinque mox appetiti, cum arcere eos non possent, non iam ad vim spectare, sed repente omnes in fugam ruere. Quoniam vero neque ad Burgaonis culmen iam ab hoste insessum contendere, nec per ima clivi in campum, instante illinc infenso exercitu, se proripere poterant, ad recessum illum praecipitem rupemque alteram, pars equis, pars pedibus effuse ibant: utque erat confertissima turba, caeco ac tumultuoso metu urgente fugam, alii mutuis concidebant vulneribus, alii, qui praecurrebant, in saltum altissimum prolabentes, peribant, exitium non advertentibus, qui sequebantur. Tandem ubi equis hominibusque extinctis opple-

Βουργάωνος ἐς ὄρος ἐποίει τὸ ἕτερον, ἐνταῦθα ἐσώζοντο οἱ ὑπολειπόμενοι, διὰ τῶν σωμάτων τὴν πορείαν ποιούμενοι. ἀπέθανον δὲ ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ Μαυρουσίων μὲν μυριάδες πέντε, ὥς
C αὐτῶν ἰσχυρίζοντο οἱ περιμόντες, Ῥωμαίων δὲ τὸ παράπαν οὐδείς, οὐ μὴν οὐδὲ πληγήν τινα ἔλαβεν ἢ πρὸς τῶν πολεμίων ἢ τύχης αὐτῷ ξυμβάσης τινός, ἀλλὰ ἀκραιφνεῖς ἅπαντες τῆς νίκης ἀπώναντο ταύτης. διέφυγον δὲ καὶ οἱ τῶν βαρβάρων ἡγούμενοι πάντες, πλήν γε δὴ ὅτι Ἐσδιλάσας πίστεις λαβὼν Ῥωμαίοις αὐτὸν ἐνεχείρισεν. γυναικῶν μέντοι καὶ παίδων λείαν τοσαύτην τὸ πλῆθος Ῥωμαῖοι εἷλον ὥστε προβάτου τιμῆς παῖδα Μαυρού-
H 140 σιον τοῖς ὠνεῖσθαι βουλομένοις ἀπέδοντο. καὶ τότε Μαυρουσίων τοὺς ὑπολειπομένους γυναικῶν τῶν σφετέρων τὸ λόγιον ἐσῄει, ὡς
D ἄρα τὸ γένος αὐτοῖς πρὸς ἀνδρὸς ἀγενείου ὀλεῖται. τὸ μὲν οὖν Ῥωμαίων στράτευμα ξύν τε τῇ λείᾳ καὶ τῷ Ἐσδιλάσᾳ ἐς Καρχηδόνα ἐσήλαυνον, τῶν δὲ βαρβάρων ὅσοις μὴ ἀπολωλέναι ξυμβέβηκεν, ἐν Βυζακίῳ μὲν ἱδρῦσθαι ἀδύνατα ἐδόκει εἶναι, ὅπως μὴ ὀλίγοι ὄντες πρὸς Λιβύων τῶν σφίσιν ὁμόρων βιάζωνται. ξὺν δὲ ἄρχουσι τοῖς σφετέροις εἰς Νουμιδίαν ἀφικόμενοι ἱκέται γίνονται Ἰάβδᾳ, ὃς τῶν ἐν Αὐρασίῳ Μαυρουσίων ἦρχε. μόνοι δὲ Μαυρουσίων ἐν Βυζακίῳ διέμειναν ὧν ἡγεῖτο Ἀντάλας, ὃς δὴ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τὴν ἐς Ῥωμαίους πίστιν φυλάξας κακῶν ἀπαθὴς ξὺν τοῖς ὑπηκόοις τοῖς αὑτοῦ ἔμεινεν.

22. αὑτοῦ] αὐτοῦ P.

tus saltus, aequum transitum a Burgaone ad montem alterum praebuit, tunc residui per calcata cadavera elapsi sunt. Ea clade, si superstites audiamus, interiere quinquaginta Maurorum millia, Romanorum ne unus quidem: immo vero nec plagam quisquam vel ab hoste vel casu aliquo accepit: sed omnes illaesi atque incolumes victoriam hanc sunt consecuti. Effugerunt Barbarorum duces, praeter Esdilasam, qui, accepta fide, se Romanis permisit. Porro tanta feminarum ac puerorum multitudo cessit illis in praedam, ut, quo oviculum, eodem puerum Maurum pretio venderent volentibus emere. Tum demum, qui superfuerant, Maurarum mulierum vaticinium, quae Mauris perniciem ab imberbi viro inferendam praedixerant, intellexerunt. Romanus exercitus cum praeda atque Esdilasa Carthaginem rediit. Barbarorum reliquiae, cum non satis tutum videretur apud Byzacenos consistere, quod periculum esset, ne, ad paucos redacti, ab Afris finitimis opprimerentur, in Numidiam cum suis ducibus se receperunt, et Iabdae, Maurorum Aurasium montem incolentium principis, fidem implorarunt. Maurorum solos retinuit Byzacium subditos Antalae: qui in data Romanis fide id temporis manens expers damni cum suis extitit.

ιγ΄. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐν Βυζακίῳ ἐγένετο, ἐν τούτῳ Ἰάβδας, P 265 ὃς τῶν ἐν Αὐρασίῳ Μαυρουσίων ἦρχε, πλέον ἢ τρισμυρίους ἄνδρας μαχίμους ἐπαγόμενος ἐληΐζετο τὰ ἐπὶ Νουμιδίας χωρία, ἠνδραπόδιζέ τε τῶν Λιβύων πολλούς. ἐτύγχανε δὲ Ἀλθίας ἐν κεντουρίαις τῶν ἐκείνῃ φρουρίων φυλακὴν ἔχων, ὃς τῶν αἰχμαλώτων τινὰς ἀφελέσθαι τοὺς πολεμίους ἐν σπουδῇ ἔχων ξὺν Οὔννοις τοῖς αὐτῷ ἑπομένοις, ἑβδομήκοντα μάλιστα οὖσιν, ἔξω τοῦ φρουρίου ἐγένετο. λογισάμενός τε ὡς οὐχ οἷός τέ ἐστι πλήθει Μαυρουσίων τοσούτῳ ξὺν ἀνδράσιν ἑβδομήκοντα ἐς χεῖρας ἰέναι, στενοχωρίαν καταλαβεῖν τινα ἤθελεν, ὅπως ἂν δι' αὐτῆς B ὁδῷ ἰόντων τῶν πολεμίων τῶν τινας αἰχμαλώτων ἀναρπάσαι δυνατὸς εἴη. καὶ (οὐ γάρ ἐστι τοιαύτη τις ἐνταῦθα ὁδὸς) ἐπεὶ πεδία ὕπτια πανταχῇ τῶν ἐκείνῃ χωρίων ἐστὶν, ἐπενόει τάδε. πόλις ἐστί που πλησίον Τίγισις ὄνομα, τότε μὲν εὐτείχιστος οὖσα, κρήνην δὲ μεγάλην τινὰ ἐν στενοχωρίᾳ πολλῇ ἔχουσα. ταύτην Ἀλθίας τὴν κρήνην καταλαβεῖν ἔγνω, λογισάμενος ὡς δίψῃ ἀναγκαζόμενοι ἐνταῦθα πάντως ἀφίξονται οἱ πολέμιοι· ἄλλο γὰρ ὕδωρ ἄγχιστά πη ὡς ἥκιστά ἐστι. πᾶσι μὲν οὖν τὸν τοῦ πλήθους ἐκλογιζομένοις παράλογον ἔδοξε μανιώδης αὐτοῦ ἡ ἔννοια εἶναι. οἱ C δὲ Μαυρούσιοι κόπῳ τε πολλῷ καὶ πνίγει μεγάλῳ θέρους ὥρᾳ ὡμιληκότες, δίψῃ τε, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀπ' αὐτοῦ μεγίστῃ ἐχόμενοι, παρὰ τὴν κρήνην δρόμῳ πολλῷ ἦλθον, οὐδὲν ἐναντίωμα ἐν νῷ ἔχοντες. ἐπειδὴ δὲ τὸ ὕδωρ πρὸς τῶν πολεμίων ἐχόμενον εὗρον,

14. εὐτείχιστος] ἀτείχιστος L. 18. τὸν τοῦ] Legebatur τὸ τοῦ. Mutavi ex Suida s. v. παράλογος, qui τὸν ante παράλογον habet. 19. αὐτοῦ ἡ ἔννοια εἶναι] εἶναι αὐτοῦ ἡ ἔννοια Suidas.

13. Dum haec in provincia Byzacena geruntur, interea Iabdas Aurasianorum Maurorum princeps, bellatoribus amplius XXX. M. stipatus, Numidiam vastat, Afrosque in servitutem non paucos abripit. Ad centurias praepositus Althias custodiae castellorum regionis illius, cum hosti captivos quosdam eripere vehementer cuperet, castello Hunnos ad summum LXX. qui sub ipso merebant, eduxit: ac secum reputans non posse fieri, ut cum viris LXX. tot Mauros aggrederetur, angustias occupare decrevit, qua transeuntibus Barbaris captivos adimeret. At quoniam ibi nulla erat eiusmodi via, patente scilicet quoquoversum camporum aequore, rationem hanc iniit. Sita in propinquo urbs Tigisis, ac validis tunc moenibus cincta, in arctissimo loco fontem uberem habet. Eum Althias obsidere constituit, in animum inducens, fore ut Barbaros illuc sitis compelleret, nihil aquae praeterea praebente vicinia. Nemo erat, qui copias tam inique inter se numero comparatas attendens, eius consilium non damnaret insaniae. Porro Mauri, collecta ex labore aestuque gravissimo (quippe aestas fervebat) maxima siti, ad fontem contento cursu, adversi nihil suspicantes, venerunt. Ubi vero ab hostibus teneri illum apparuit, stetere

ἀπορούμενοι ξύμπαντες ἕστησαν, τοῦ πλείστου τῆς ἰσχύος ἤδη
δαπανηθέντος σφίσι τῇ τοῦ ὕδατος ἐπιθυμίᾳ. διὸ δὴ Ἰάβδας τῷ
Ἀλθίᾳ ἐς λόγους ἥκων τὸ τριτημόριόν οἱ δώσειν ὡμολόγει τῆς
λείας, ἐφ᾽ ᾧ δὴ Μαυρούσιοι πίωσιν ἅπαντες. ὁ δὲ τὸν μὲν λό-
γον ἐνδέχεσθαι οὐδαμῇ ἤθελε, μονομαχεῖν δὲ πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ
D τούτων ἠξίου. τοῦ τε Ἰάβδα ταύτην δὴ δεξαμένου τὴν πρόκλη-
V 406 σιν, ξυνέκειτο ἡσσηθέντος, ἂν οὕτω τύχῃ, τοῦ Ἀλθία Μαυ-
